



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Coll. C.

Inv. L. 3296

188

188

~~6506~~



B

110

.V97

Vossius, Gerardus Joannes

GERARDI IOANNIS VOSSII

DE *Misc. 1, no 5, 8.*

PHILOSOPHORUM

S E C T I S

L I B E R .



H A G Æ - C O M I T I S ,

Ex Typographia A D R I A N I V L A C Q .

M . D C . L V I I .



Balis
Hier
3-8-26
12809

N O M I N A

*Eorum, qui aut Sectas condidere, aut Sectarum Con-
ditoribus successere.*

I.

Secta Ionica fuerunt

THales Milesius
Anaximander Milesius
Anaximenes
Anaxagoras Clazomenius
Archelaus Atheniensis.

II.

Secta Italica.

Pythagoras Samius
Hippodamus Thurius
Euryphamus
Hipparchus
Archytas
Theagis
Metopus
Clinias
Crito
Polus
Lysides
Theano uxor Pythagoræ.

III.

Secta Eleatica

Xenophanes Colophonius
Parmenides
Melissus
Zeno Eleates
Leucippus
Democritus Abderites
Protagoras.

* 2

IV. *Secta*

IV.

Secta Epicurea.

Epicurus
Mus
Zeno Epicureus.
Lucretius
Cassius
Petronius.

V.

Secta Cyrenaica fuerunt,

Aristippus
Arete filia Aristippi
Aristippus *μυροδιδασκ*
Theodorus *Αΐδ*
Hegesias } *suae sectae iusto-*
Anniceris } *res.*
Ptolemæus Æthiops
Antipater Cyrenæus
Epitimesdes
Paræbates.

VI.

Secta Eliaca.

Phædo Eliensis.
Plifstanus Eliensis
Menedemus Eretricus.

VII.

Secta Megarica.

Euclides Megaricus
Eubulides Milesius
Alexinus Eliensis
Apollonius *ὁ κρόν*
Diodorus *ὁ κρόν*
Clitomachus Thurius
Sailpo Megarensis.

IX. Act

IIX.

Academia Veteris.

Plato Atheniensis
Speusippus
Xenocrates Chalcedonius
Polemo Atheniensis
Crates Atheniensis
Crantor Solensis.

ac postea,

Proclus ὁ Ἀισδοχῶ.

IX.

Academia Secunda.

Arcesilas
Lacydes
Telecles
Euander
Hegesippus Pergamenus.

X.

Academia Tertia.

Carneades Cyrenæus
Clitomachus Carthaginensis.

XI.

Peripatetici.

Aristoteles
Theophrastus Eresius : hunc audivere
 { Strato Lampfacenus
 { Demetrius Phalereus.
Lyco Troadensis
Aristo Ceius
Critolaus Phaselites
Diodorus
Necus.

ac qui sequuntur Interpretes,

Alexander
Themistius
Simplicius

Proclus

Proclus
Olympiodorus
Ammonius
Philoponus.

XII.

Academia Quarta.

Philo ac Charmidas Clitomachi
Carthagenensis discipuli.

XIII.

Platonici juniores.

Philo Iudæus
Plotinus
Porphyrius
Alcinous
Apulejus
Chalcidius
Iamblichus
Proclus
Bessario Cardinalis
Gemisthus Metho
Marfilius Ficinus.

XIV.

Academia Quinta.

Antiochus Philonis auditor.

XV.

Cynici.

Antisthenes
Diogenes Sinopenfis
Monimus Syracusanus
Onesicritus Æginensis
Crates Thebanus
Menippus
Demetrius Cynicus
Hipparchia. &c.

XVI. Stoici

XVI.

Stoici.

Zeno Citticus
Cleanthes Assius.
Chrylippus
Diogenes Babylonius
Antipater
Posidonius
Panætius.

Sequuti præterea ex Romanis

Tubero
Cato
Varro
Thraſcas Pætus
Helvidius Priscus
Rub. Plautus.
Imp. Antoninus.
Pantænus Alexandrinus.

XVII.

Pyrrhoniæ.

Pyrrho
Timo.

XVIII.

Seçta Potamonice.

Potamo.
Hunc sequuti
Sotio
Ammonius Plutarchi magister.
Plotinus
Clemens Alexandrinus
Greg. Taumaturgus
Origenes.

SERIES

S E R I E S C A P I T U M

Quæ in hoc libro continentur.

I.	<i>De Philosophia Barbarica Asiatica.</i>	pag. I.
II.	<i>De Philosophia Barbarica Africana.</i>	II
III.	<i>De Philosophia Barbarica Europæ Thracum ac Gal- lorum.</i>	19
IV.	<i>De Philosophia Græcanica fabulosa.</i>	22
V.	<i>De Philosophia Græcanica non fabulosa ; ac primò de secta Ionica.</i>	25
VI.	<i>De secta Italica.</i>	28
VII.	<i>De secta Eleatica.</i>	45
IIIX.	<i>De secta Epicurea.</i>	50
IX.	<i>De secta Cyrenaica ; ac triplici ejus propagine.</i>	53
X.	<i>De secta Eliaca, ac Eretriaca.</i>	61
XI.	<i>De secta Megarica.</i>	62
XII.	<i>De Veteri Academia.</i>	64
XIII.	<i>De Media, sive Academia Secunda.</i>	74
XIV.	<i>De Academia Nova, sive Tertia.</i>	75
XV.	<i>De Academia Quarta, & Quinta.</i>	76
XVI.	<i>De Platonicis junioribus.</i>	77
XVII.	<i>De Peripateticis.</i>	81
XIIIX.	<i>De Cynicis.</i>	93
XIX.	<i>De Stoicis.</i>	97
XX.	<i>De Pyrrhoniis, sive Scepticis.</i>	105
XXI.	<i>De secta Potamonica, sive Electiva.</i>	109

GERARDI

GERARDI JOANNIS VOSSII

De

PHILOSOPHORUM

S E C T I S

L I B E R.

CAPUT PRIMUM.

DE DIVISIONE PHILOSOPHIÆ &c.

ET PRIMUM DE BARBARICA

QUÆ IN ASIA.

S. I. **P**hilosophia est duplex, Barbarica, & Græcica.
*Antiquior harum Barbarica: ut optimi qui-
que Græcorum ingenue agnoverunt.*

Ut proditum ab auctore libri, qui Μαγικόν inscribatur, qui nonnullis Antisthenes, aliis Rhodo, aliis Aristoteles ipse, ut ait Suidas. Aristoteli tribuit Plinius lib. xxx. cap. i. Item Laërtius in præf. Ubi hoc ipsum de antiquitate Barbaricæ Philosophiæ proditum ait à Sotione lib. xxi. τῆς Ἀγδοχῆς sive *successionis*, & Hermodoro Platónico lib. de Disciplinis. Sed perperam ab iis Laërtius ipse dissentit. Quod pluribus ostendunt è nostris Justinus Martyr, Tatianus Assyrius, Clemens Alexandrinus, Theophilus, Eusebius, Athanasius, Theodoretus, alii.

S. 2. *Barbarica Philosophia est ea, quæ extra Italiam & Græciam resplenduit.*

Clemens lib. i Στρωμ. Φιλοσοφία πίνων πολυφελές πλεῖμα, πάλαι μὲν ἤκμασεν ὡς ἐπὶ βαρβάρους, καὶ τὰ ἐθνη ἀγλαύλασεν, ὑστερον δὲ καὶ εἰς Ἑλλήνας κατέλθεν. *Philosophia, res variè utilis, olim quidem viguit apud Barbaros, nationatim resplendens, postea verò ad Græcos etiam venit.*

a

venit. Ubi illud $\text{\textcircled{E}}$ $\text{\textcircled{D}}$ $\text{\textcircled{V}}$ sive *nationatim* ait, quia Brachmanes in natione Indorum, Gymnosophistæ in natione Æthiopum, Druidæ Gallorum, atque ita in aliis. De variis hisce nationibus ita Augustinus lib. v. 11 de Civit. Dei cap. 1x. postquam de Ionicis & Italicis dixerat philosophis: *Sive aliarum quoque gentium, qui sapientes, vel philosophi habitus sunt, Atlantici, Libyci, Ægyptii, Indi, Persæ, Chaldaei, Scythæ, Galli, Hispani, alique reperiuntur.*

§. 3. *Babylonios & Assyrios Chaldaei philosophiam docuere.*

Ut auctor Aristoteles $\text{\textcircled{E}}$ $\text{\textcircled{T}}$ $\text{\textcircled{A}}$ $\text{\textcircled{M}}$ $\text{\textcircled{A}}$ $\text{\textcircled{R}}$ $\text{\textcircled{X}}$, & Sotion in libris $\text{\textcircled{A}}$ $\text{\textcircled{L}}$ $\text{\textcircled{E}}$ $\text{\textcircled{X}}$ $\text{\textcircled{I}}$ $\text{\textcircled{S}}$, teste Laërtio.

§. 4. *Suntque Chaldaei antiquissimum Doctorum genus.*

Ut Cic. ait lib. 1. de Divinat.

§. 5. *Plurimum verò astrologiam tractabant;*

Ut ait Strabo lib. xi 1 & xv. Itaque Alexandro Babylonem ingresso, aliis aliter studium probantibus, Chaldaei (ut Curtius ait lib. v.) *siderum motus, & statas vices temporum ostendere.*

§. 6. *Nec una Chaldaeorum secta, sed multiplex. Alii enim Orcheni, alii Borsippeni, aliisque nominibus distincti: qui, ut in sectis fit, iisdem de rebus aliter atque aliter statuunt.*

Orchoë
Chaldæa;
Borsippe
Babylonia

Quâ de re, præter alios, idem Strabo libro xv 1. Hinc Lucretius lib. v.

Vt Babylonica Chaldaam doctrina refusans

Astrologorum artem contra convincere tendit.

Nempe secta quædam Babyloniorum erat Philosophorum, quæ ex natalibus hominum eventura iis se prædicere profiteretur; sed à cæteris non probabatur: ut clarè ait Strabo.

§. 7. *Sive autem Abrahamus patriarcha à Chaldaeis astrologiam hausserit, sive potius eam ab Abrahamo Chaldaei acceperint, per Abrahamum quidem hæc disciplina devenit primum ad Palestinos, sive Cananaeos, postea etiam ad Ægyptios.*

Abra-

Abrahamum ex Ur Chaldæorum in Palæstinam esse profectum, satis è scripturis constat. Fuisse autem Astrologiæ gnarum, etiam Berofus indicat his verbis : Μετ' ἧ τ' κατακλισµόν, δεκάτη γενεᾷ, ὡδ' Χαλδαίοις πὺς ἦν δίκαιος ἀνὴρ μέγας, καὶ τὰ ἐξέ-
 νια ἔµπηρε. Post diluuium autem decimâ astate apud Chaldaeos erat quidam iustitiæ cultor, vir magnus, & sideralis scientiæ peritus. Citat Josephus Antiquit. Jud. lib. i. cap. vi. i. atque Abrahamum signari addit, qui decimus est à Noacho. Atque id confirmat, quod Abrahamum hunc Eupolemus apud Eusebium ait, καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ Χαλδαϊκῶν ἄρεϊν. & astrologiam, & Chaldaicam divinandi artem inuenisse. Quæ luculenta est confessio hominis gentilis. Satis etiam est credibile Chananæos, & in his Phœnices ex advenâ Abrahamo didicisse multa ad rerum naturam pertinentia. Porro notum quoque ut fame Chananæam premente profectus sit in Ægyptum : ubi Saram dixit sororem suam : eaque abusus esset rex, nisi divinitus esset commonitus. Edoctus quis vir Abraham esset (ut Josephus lib. i. Ant. cap. vi. i. i. narrat) potestatem ei fecit conversandi cum Ægyptiorum præstantissimis ac doctissimis. Tum Abraham τὴν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται, καὶ τὰ ἐπὶ ἀστρονομίᾳ ὡδ' αὐτῷ δίδωσι. περὶ γὰρ τ' Ἀβραάµ παρυσίας εἰς Αἴγυπτον, οἱ Αἰγύπτιοι εἶχον ἀµαθῶς. ἐκ Χαλδαίων γὰρ τῶν τ' ἐπεφοίτησεν εἰς Αἴγυπτον, ὅθεν ἀνῆλθεν καὶ εἰς στυ' Ἑλλήνας. Numerorum scientiam & siderum benignè illis communicavit : nam ante Abrahami ad se adventum Ægyptii ignorabant has disciplinas : à Chaldæis enim profecta ad Ægyptios, inde ad Græcos venerunt.

S. S. Iudeorum philosophia, quam ab Abrahamo hausere, erat bipartita. Partim enim erat naturalis, cujus pars Astrologia : partim divina, sive de Deo & ejus operibus ac voluntate.

Posteriores Iudæi philosophiam suam dixerunt à קבלה recipere : quia divinitus accepta. Hanc divisere in ברמשיח Beresith : & מרכזה Mercacia. Prior est de corporibus cœlestibus ac elementalibus ; inque eâ excelluit Salomon, ut alibi ex scripturis dicimus. Altera de Deo, ejusque cultu. Cabalæ hujus admirator fuit Ioannes Picus Mirandulanus, qui gloriatur se de eâ LXX libros emisse ingenti pretio, inq; iis reperisse religionem traditam

4 DE PHILOSOPHORUM SECTIS.
à Mose & Christo ; item mysterium Trinitatis, divinitatem Christi, humanæ naturæ assumptionem, peccatum originale, & ejus expiationem, aliaq; id genus. Atque hæc obiter de Judæis. Ad Chaldæos redeo.

§. 9. *A Chaldæis quoque astrorum scientiam hausit Pythagoras.*

Testis Porphyrius in Pythagoræ vitâ ; cujus hac de re verba superius adduximus.

§. 10. *Etiâ Chaldaos, ac Babylona accessit Democritus, ut autor Ælianus Var. Hist. lib. IV. cap. XX. ac creditus quoque reliquisse opus αἰτίων βασιλευσιν ἱερῶν χαρμμάτων, de sacris in Babylone literis, cujus meminit Laërtius. Atque idem autor est, ei tributum λόγον Χαλδαίων, orationem de Chaldæis.*

Nec mirum si homines ingeniosi siderum scientiam inprimis excolerent, qui latis habitantes camporum æquoribus, cœlorum semper faciem prospectarent : nec magis mirandum si multa observarent primi, qui jam ævo Aristotelis bis mille annorum experientia gloriarentur.

Itaque & Aristoteles, summus naturæ indagator, Callistheni consobrino & discipulo, cùm Alexandro in Asiam eunti, in mandatis dedit, ut earum rerum, quas Chaldæi in cœlestibus observassent, commentarios ad se mitteret. Atque ille bis mille annorum observationes misit ; ut est apud Simplicium in Arist. lib. I. de cœlo. Qui numerus longè minor illo, qui apud Cic. in I. de Divinat. ubi Babylonios ait, annorum quadringentorum ac septuaginta millium observationes habuisse scriptis signatas. Sed hoc posterius ex jactatione puto Chaldaïca. At Callisthenem eludere non potuere, qui tantum credit & scripsit, quantum Chaldæi probarent.

§. 11. *Ex Chaldæis, qui Græcè de Astrologia scripserint, magnum inprimis inter Græcos nomen fuit Berosi.*

De

De eo sic Plinius lib. vii. cap. xxxvi. ubi agit de artium plurimum excellentia: *Astrologiā enituit Berosus, cui ob divinas prædictiones Athenienses publicè in Gymnasio inauratam linguam posuere. Claruit temporibus Ptolemæi Lagidæ, & Philadelphi, pluraque de eo in Historicorum Græcorum Historia diximus.*

§. 12. *Michael Psellus, præter expositionem in oracula Chaldaica, etiam scripsit brevem dogmatum Chaldaicorum declarationem.*

Græcè, Latineque Franciscus Patricius edidit in Novâ de U-^{*fol. 6. &}niverfis philosophiâ, libro illo, qui Zoroaster ab eo inscribitur *. 7: Cùm verò duplici è codice duplicem adferat Pselli dissertationem de Assyriorum dogmatis, utraque clauditur his verbis: Τέτων ἡ ἑ δογματων τὰ πλείω καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐδέξαντο. Οἱ ἡ ἐπὶ Πλωτῖνον, καὶ Πορφύριον, καὶ Ἰάμβελιχον, καὶ Πρόκλον πᾶσι κατακελεύθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλόγιως ταῦτα ἐδέξαντο. *Horum autem dogmatum plurima & Aristoteles, & Plato, susceperunt. Plotinus verò, & Porphyrius, & Iamblicus, & Proclus, omnia sunt secuti, & tanquam divinas voces, ea susceperunt.* Vide sis Patricium ipsum, & quæ de Pselli explicatione eâ adfert Leo Allatius libro de *p. 51, 52 Psellis *.

§. 13. *Persica philosophia à Magis petebatur.*

Persis Magos fuisse philosophiæ auctores, tradidit Aristoteles ἐν τῷ Μαγικῷ, & Sotion in libris τῆ Διαδοχῆς, teste Laërtio.

§. 14. *Magi à Zoroastre instituti dicuntur.*

Variæ de hujus nomine sunt opiniones. Alii id interpretantur, *astrum vivum.* Dinon in Persicis Ἀστροθύτην. Sed optimè Samuel Bochartus in Geographia Sacra Ἀστροθεάτην legendum censet, à ἄστρο contemplari, & θεῶν astrum.

§. 15. *Nec Persa modò, sed & Medi, Parthi, Sacæ, aliæque vicina nationes, Magos suos habuere.*

Lucianus de Longævis: Οἱ καλούμενοι Μάγοι, γένετ' ἄρα τῆτο μαγικὴν καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, ὡς τε Πέρσις ἢ Πάρθις, ἢ Βακτριῶν, ἢ Χω-

ἢ Χαρησμίους, ἢ Ἀρείους, ἢ Σάικαις, ἢ Μήδοις, ἢ πολλοῖς ἄλλοις Βαρ-
 βάρους : Imò Plinius & Arabum sapientes vocat Magos.

§.16. *Perfarum Philosophus Ochus fuit.*

Vide Suidam in Ω'ΧΘ.

§.17. *Græci non pauca eorum accepere à Persis, quæ ad Deos pertinerent.*

Ut Mathesin à Phœnicibus, Ægyptiis, Chaldæis ; ita multa de Diis vitæque officii haufere à Persis. Unde Porphyrius in Pythagoræ vita cum dixisset à Phœnicibus Arithmeticen, ab Ægyptiis Geometriam, à Chaldæis Astrologiam didicisse ; subjicit deinde, Περί τῶν θεῶν ἀγισίας, ἢ τῶν λοιπῶν θεῶν βίον ἑπι-
 πιδιδυμάτων ἡρώτων μάγων φησὶ διγνώσκειν τε καὶ λαβάν. *Quæ perti-
 nent ad Deorum cultum, cæteraque studia, quæ vitam respiciunt, à Magis
 ajunt audiisse ac didicisse.* Similiter de eo Cic. lib. v. de Finib. De-
 mocritum quoque ad eos profectum testatur Plinius lib. xxxiv.
 cap. 17. Ælianus Var. Histor. lib. xv & Suidas. Pyrrhum scepti-
 corum parentem, Anaxarchi comitem, cum iisdem congressum
 esse auctores sunt Laërtius, & Hesychius Ill. Apollonius quo-
 que Tyanæus cum ad Indos proficisceretur substitit in Perside,
 partim ut regem conspiceret, partim etiam σοφίαν, ἢ πέρ ἐστι Πέρ-
 σους ἑπιχρίει, μελετωμένη Μάγους ἀνδράσιν, καλεθεὶν δεόμενον, εἰ
 πὲρ θεῶν, οἷς λέγονται, σοφοί εἰσιν. Atque hîc dum est, bis de die
 cum iis versabatur : puta meridie, & media nocte. Rogatus verò
 suum de iis judicium, respondit, Σοφοὶ μὲν, ἀλλ' ἔ' πάντες. Auctor
 horum Philostratus in Quinto de vita Appllonii. Perfarum
 etiam juniorum industriam in Astrologia ostendunt tabulæ Per-
 ficæ exscriptæ, & in Philolaiica Astrologia editæ ab Ismaële Bul-
 lialdo anno cLb Is c XLV.

§.18. *Indos philosophiam docuerε gymnosophista.*

Ut Aristoteles ἐν τῷ μαγικῷ docuit, ac Sotion in libris τῶν ἀσ-
 δοχῆς apud Laërtium. Ac similiter Strabo, Clemens, Appulejus,
 Solinus, Augustinus, alii.

§.19. *Hi Indiæ Gymnosophista duplices erant : quorum alii*

alii Brachmanes, alii Germanes dicebantur. Interque Germanes, quidam dicti Hylobii, quia in sylvis viverent. *

Auctor præter alios Strabo lib. xv. Ac ferè sic Clemens 1. Στερωμ. Διττὸν ἢ τῆτων [γυμνοσοφιστῶν] πῶ γένθ. οἱ μὲν, Σαρμανῶνα, αὐτῶν · οἱ ἢ Βραχμανῶνα καλέμενοι. καὶ ἢ Σαρμανῶν οἱ Ἀπόδοιοι (ex Strabone ὑλόδοιοι repono) προσκαρβόμενοι, ἔπε πόλεις οἰκῶσιν, ἔπε σέρας ἔχουσιν, δένδρωι ἢ ἀμφιέννωται φλοιοῖς. *Duplex erat illorum genus, alii Sarmana (hi Straboni Germanes) alii Brachmana dicuntur. Et inter Sarmanas sunt Hylobii, qui nec urbes colunt, nec sub tectis habitant, sed arborum tantummodo corticibus vestiuntur.* Ex postremis verbis liquet, cur ὑλόδοιοι, vocentur, quasi *sylvicolæ* dicas. Nec dubium, quin his præcipuè convenit Gymnosophistarum nomen. Nam ut, pudore nullo, nudi semper fuerint, parum est verisimile.

§.20. *Brachmannorum unus nomine Buddes fuit, quo præceptore usus Manes Persæ, sectæ suæ conditor. Auctor Suidas, & alii.*

Auctor Clemens lib. 1 Στερωματ. atque addit eos Butæ præceptis parere, eumque honorare uti Deum. Meminit & Beatus Hieronymus adversus Jovinianum lib. 1. atque addit de eo, quem è latere suo virgo dicebatur generasse. Quæ fabula videtur nata ex historia de Adamo: ex cujus latere nata virgo Eva. Nempe verisimile magis gentibus visum, si mas è virginis latere, quàm virgo è latere maris nasceretur. Vel quid si ex eo quod Christiani dicerent Christum, quem divino colerent honore, è virgine natum, illi simile quid de suo Doctore fingerent.

§.21. *Indos quoque Philosophia amore adiiit Democritus.*

De eo sic Ælianus lib. 1 v. Var. Hist. Διὰ ταῦτα ποὶ καὶ πολλὰ ἐπήγαγεν. ἦκεν ἔν καὶ πρὸς οὐτὸν Χαλδαίους, καὶ εἰς Βαβυλωνά, καὶ πρὸς οὐτὸν μάγους, καὶ οὐτὸν σοφιστῶν Ἰνδῶν · Propterea multas etiam terras adiiit. Quippe iis ad Chaldaeos, & Babylona, & Magos, & sophistas Indorum. Idem de Gymnosophistis, atque Indis tradunt Laërtius, Hesychius Ill. & Suidas. Ac Strabo libr. xv. magnam ait Asiæ partem obiisse.

§.22. *Etiam*

S. 22. *Etiam Pyrrho Eleus, Scepticorum pater, Anaxarchum comitans, in Indiâ cum Gymnosophistis consuetudinem habuit.*

Ut apud Diogenem, & exscriptorem ejus Hefychium legere est.

S. 23. *Brachmanes & quidam India populi statuebant πάλυσεσείαν, & animarum transitum in muta animalia, præcipuè boves.*

Quæ & sententia hodie obtinet. Sacchinus lib. v. Hist. Soc. Jesu de Monomotaparum in Africa rege; Vicissim è Consalvo sciscitatur, quantum auri, quantum agri, & pradiorum velit; postremò quàm multos boves. Quippe bobus apud eam gentem haut minus quàm auro pretium ferunt esse. An quod animas defunctorum ex Pythagora & Brachmannarum disciplinâ in boves credant immigrare? Maffejus lib. 1. rerum Indicarum; Elephanti etiam religionem numinis tribunt. Bobus autem eo majorem, quòd hominum vitâ functorum animas in eam maxime belluam immigrare opinantur. Etiam, ut idem Maffejus auctor est, Deum sive dæmonem adorant bovis figurâ; ut Ægyptii Apin.

S. 24. *Phœnicum etiam Philosophia celebratur: & cum ea gens simillima fuerit Iudææ, occasio iis multa à Iudæis discendi fuit.*

Traditione etiam quædam reseruarunt. Nam Phœnices à Sidone, filio Chanaan, nepote Chami, Noachi pronepote descenderunt. Sacerdotum operâ usi in historia scribenda, teste Josepho lib. 1. contra Apionem, qui & quædam ex annalibus Tyriorum citat, De Theologia eorum, Phœnicia lingua scripsit Sanchuniathon Berytius, qui antiquior temporibus Trojanis, ut tradidit Porphyrius Tyrius in quarto eorum, quos adversus Christianos scripsit, & ex eo Eusebius Pamphylus in primo præpar. Euang. Opus hoc à Fl. Josepho tralatum legas in versione Cyrilli Alexandrini in Sexto contra Julianum. Sed vel interpretis error est, vel μνημονικὸν ipsius Cyrilli αἰμαρτυρία. Nam Philonem Berytium vertisse Græcè, satis ostendimus in opere de Historicis Græcis. Credo in errorem impulit Cyrillum, quòd
ex eo

ex eo Josephus aliqua adducat, ut antea diximus: Verùm quid mirum, si homo Hebræus Phœniciam sciverit linguam? Sanè Græcè necdum exstabat. Nam Philo interpres Hadriani demum temporibus vixit.

§. 25. *Huic genti literas se debere Græci agnoscunt.*

Unde Φοινικία γράμματα vocantur. Plura de eo diximus in primo de arte grammaticâ cap. x.

§. 26. *Arithmeticon etiam iis tribuunt, quia mercaturâ excellere, ad quam numerorum scientiâ inprimis opus est.*

Hac de laude postea dicemus.

§. 27. *Phœnix etiam Ochus fuit.*

Ut est apud Laërtium in præfatione.

§. 28. *Thales quoque, qui Ionicam Philosophiam condidit, à Phœnicibus originem traxit.*

Sive cum patre Neleo è Phœniciâ Miletum commigrarit, atque ibi civis adscitus fuerit; ut à nonnullis proditum esse Laërtius tradit: sive Mileti ortus fuit, sed è Phœnicia oriundus, ut alii malunt.

§. 29. *Pherecydès item, præceptor Pythagora, qui Thaletis fuit aequalis, & autor est sectæ Italica, sua hausit ex occultis Phœnicum libris.*

Suidas de eo: διδασκάλωσιν ἢ ὡς αὐτῶν Πυθαγόρου λόγῳ αὐτὸν ἢ εἶναι ἐκ γενεῶν καὶ ἠθροῦ τῶν, ἀλλ' ἐαυτὸν ἀσκήσασιν, κτισσάμενον τὰ Φοινικίων Σοφιστικῶν βιβλία. Fama est eum esse præceptorem Pythagora, sed à nemine institutum; exercuisse autem seipsum, cùm comparasset sibi reconditos Phœnicum libros. Imò non defunt qui putent dici Syrum, (quomodo & Strabo vocat) non à Syra Cycladum una, sed Syria, regione Asiæ inclyta: cujus etiam pars Phœnicia.

§. 30. *Etiam oriundus inde Zeno, princeps sectæ Stoicæ. Cittiium enim Cypri oppidum, ubi natus, Phœnicas habuit incolas.*

b

Lacr-

Laërtius in Zenone: Ζήνων Κιτιεύς, ὃσο Κύπρου (malim Κυπρίου) πολιτισματῶ Ἐλληνικῶ, Φοίνικας ἐποίους ἐχρησάτο. Zeno Cirtius ex Cypriâ civitate Græcicâ, sed qua Phœnicas incolas haberet. Itaque & Zeno dictus Phœnix, vel Pœnus, aut Pœnulus, ut ait Suidas; Φοίνιξ ἢ ἐπικλήθη (Ζήνων) ὅτι Φοίνικες ἐποίους ἔπολιχνίς ἐγένοντο. Phœnix etiam vocabatur, quoniam Phœnices oppidi incolæ fuerunt. De eodem Cicero sic libro IV. de Finib. Tuus ille Pœnulus (scis enim Cirtios, clientes tuos, è Phœniciâ oriundos) verba versare cepit. Etiam Phœnices ex eadem postea secta, Antipater Sidonius, Diogenis Babylonii auditor & successor; & Antipater Tyrius, Cætonis Uticensis præceptor. Sed nunc solùm nobis sermo de sectarum principibus, quos putamus pleraque omnia à Barbaris hausisse.

§. 31. Sed si Phœniciam philosophiam agnoscimus: quando iustius Christiani nos Hebræam? Præsertim quando Phœnices multa absque dubio hausserint à vicinis Hebræis. Vti & Ægyptii, de quorum Philosophiâ postea dicemus.

Atque hinc quoque liquet, cur antiquissimi philosophi gaudeant brevitate & symbolica doctrina. Audiamus Clementem libr. I. Strom. ὁ δὲ τῶν παλαιῶν φιλοσοφίας, οἷς Ἐβραϊκῆς ἢ ἀινιγματικῆς. βραχυλογίαν γὰρ ἔσπεζον τῶν ὀφθαλμῶν, τῶν ἀφελιμοπατίων. Modus priscis philosophandi velut Hebræicus, & anigmaticus; nam breviloquentiam amplectebantur, qua admonitioni apta est, & est utilissima.

§. 32. Phryges etiam philosophiam suam habuere.

Quæ magis cognita esset, si exstaret Democriti λόγῶ Φρύγιῶ, Laërtio memoratus lib. IX. Interim de eorum Theologia videbis Diod. Siculum & Eusebium.

DE PHILOSOPHIA AFRICANA.

§. 1. **H**actenus de Asiatica philosophia. Africana partim fuit *Egyptiaca*, partim *Aethiopica*, partim *Libyca*. *Egyptiacâ* posterior est *Chaldaica*, si *Egyptii* *Arithmetice* & *Astrologiam* didicere ab *Abrahamo* patriarchâ, qui hac attulerat ex *Chaldæâ*.

Ita censet *Iosephus Antiquit. Judaic. lib. 1. cap. xvi.* Sed *Ægyptii* *Philosophiam* suam referre solent tum ad *Isim*, tum ad *Osirim*, tum *Vulcanum*, *Mercurium*, & *Herculem*: ut auctor est *Diod. Siculus*.

§. 2. *Ad Ægyptiaca philosophia commendationem pertinet, quod Moses quoque à Pharaonis filiâ adoptatus & educatus, ejusdem jussu in omni Ægyptiorum sapientiâ institutus fuit.*

Sic cum *Stephanus* ait *Act. cap. vi 1. καὶ ἐπιπέδον τῆν Μωϋσῆς πατρὶς σοφίαν Ἀἰγυπτίων*, *Doctores* ejus sapientiæ à *Clemente Alexandrino* dicuntur *Propheta*: à *Suida* *γυμνοί*: ab *Eusebio*, *Ægyptio* vocabulo, *Arsepedonapta*. *Hauferant* autem sapientiam ab *Abrahamo*, ut ante dictum; & fortè etiam ab *Iosepho*, qui usum *Geometriæ* primus *Ægyptios* docuit, quod & *Artapanus* apud *Iosephum* testatur. Atque hanc sententiâ quidam adstrui posse arbitrantur *Psal. cv.* Credibile etiam est ab *Israelitis* quædam haurisse, qui & ipsi ab *Abrahamo* descendunt; & hinc *ψαλλοί* dicuntur *Aristophani* in *Avibus*, ut etiam *Suidas* annotavit.

§. 3. *Ad laudes ejus etiam facit, quòd priusquam Græci philosopharentur, proficisci soleant in Ægyptum, ut ibi à sacerdotibus sapientiam haurirent.*

Solon ipse multum iis debet, si verè *Ammianus Marcellinus* extremo lib. *xxi 1.* Et *Solon* adjutus sententiis *Ægypti* sacerdotum, *latis jústo moderamine legibus*, *Romano quoque juri maximum addidit firmamen-*

mamentum. Sed hoc in dubium vocari possit. Nam demum post leges à se latas ed profectus fuit, cum Pisistratus Tyrannidem invaderet, ut auctor est Laërtius. Hic dicitur, ut Plutarchus ait de Isid. & Osir. *Ἀκούσας Σόχρητον Σαίτην*, *audisse Sonchitem Saitem*. Nec inutilem fuisse eam profectioem cognoscere est ex colloquiis ejus cum sacerdotibus Ægyptiis, uti de Atlantide & aliis: quemadmodum apud Platonem legere est in Critone ac Timæo. Sed quicquid est de Solone, alios ed, priusquam philosopharentur, profectos constat; uti Thales, qui primus *σοφὸς* dictus, ac Ionicam sectam condidit. Hunc *γεωμετρῆν* didicisse ab Ægyptiis auctor est Laërtius. Ac postea addit: *ἔδει αὐτὸν καθηγεσασθαι, πλὴν ὅτ' εἰς Αἴγυπτον ἐλθὼν τοῖς ἱερωσὶ συνεδίεργασεν*. *Nulla præceptore usus est, nisi quod in Ægyptum profectus, ibi cum sacerdotibus familiariter est versatus*. Thalesis sapientia impulsus ad eum jam senem venit Pythagoras studio discendi. Ille autem ætatem jam debilem causatus, auctor fuit, ut ipse se in Ægyptum ad sacerdotes Memphiticos & Diospoliticos conferret: ut auctor est in Pythagoræ vita Iamblichus. Itaque ed profectus Pythagoras Semneserteo regnante, ut ait Plinius lib. xxxvi. cap. ix. vel imperante Amalide, cui à Polycrate Samiorum tyranno per literas commendatus fuit, ut apud Laërtium legere est. Oenuphim Heliopolitam hinc audiisse ait Plutarchus de Iside & Osiride. Eodem profectus Democritus, geometriam didicit; ut Laërtius proditum ait à Demetrio in Æquivocis, & Antisthene in Successionibus. Ed profectum etiam fuisse tradit Hesy chius III. & Suidas. Imo & ei adscribatur, Lælio teste, *ἔειπεν ἐν Μερὸῖ ἱερῶν γεγραμμάτων*, *de sacris in Meroë literis*. Itidem Platonem in Ægyptum profectum constat, cum aliunde, tum ex Plutarcho de Iside & Osiride. Clemens Alexandrinus ait eum *μαθητῶσιν Σεχνυφιδὸς τῆ Αἴγυπτῶ*, *præceptore usum Sechnuphide Ægyptio*. Pro eo apud Plutarchum legas loco ante memorato *Χονυφειδὸς Μερφίτης Ἀγκυῶσιν*. *Chonuphim Memphitam audiisse*. Sic ut Hieremiam prophetam audiisse hinc censeant. Ac is quidem cum tribu Iudâ, & Benjamin ed profectus, inque oppido Tanis lapidibus obrutus: imò hinc ab incolis coli dicitur ob vim præsentaneam contra serpentium ictus. Sed quòd Platonem ab eo auditum prædicant, id facile temporum ratione refellitur: cum Hieremias ante imperium Perfi-

Perficum, Plato penè extremis ejus temporibus vixerit : sanè seculo ampliùs inter hos interfuit. Itaque priorem super eo sententiam meritò retractavit B. Augustinus lib. viii. de Civ. Dei cap. xi. Potuerit tamen legisse Mosen, si ante illam lxx seniorum tralationem quædam ejus versio exstabat. De quo alibi disserimus. Atque ut id non esset, tamen colloqui datum cùm Hebræis, & ab his edoctis. Quod verisimile facit, quæ in plerisque est Platonis cùm Mose convenientia. Unde illud Numenii Philosophi. Τίς ἐστὶ Πλάτων ἢ Μωύσης Ἀ' Ἰκίζων ; *Quid est Plato, nisi Moses Anticissans ?*

S. 4. *Sed antiquis quidem temporibus, magnum fuit nomen sacerdotum Ægyptiorum : atate autem Strabonis, propè erat nullum.*

Vide eum lib. xvi. ubi sic ait, cùm in Ægypto esset, domos vidisse ingentes, quas olim habitassent sacerdotes, qui & Astrologi, & Philosophi fuerant : at scientias has eo tempore, usque adeò defecisse, ut nec unus possit ostendi istorum peritus. Solum autem peregrinis numerasse sacrorum suorum ritus.

S. 5. *Ægyptiorum prima disciplina versabatur circa triplicem scripturam : Vnam vulgarem sive communem, quâ in epistolis scribendis utebantur ; alteram sacram, quâ usi in sacris scribendis ; tertiam hieroglyphicam, sive sacrarum sculpturam.*

Clemens lib. v. Στρωμ. Πρῶτον μὲν πάντων τῶν Αἰγυπτίων γραμμάτων μέθοδον ἐκμαθῆναι. *Primum quidem methodum ediscunt literarum omnium Ægyptiacarum.* Addit deinde iis triplicem esse literarum viam, ac rationem : unam ἑπιστολογραφικῶν, sive quâ epistolas scribunt : alteram esse ἱεραϊκῶν, sive Sacerdotalem, quâ utuntur ἱερογραμμάτων, sive *scriba sacrorum* : tertiam dici ἱερογλυφικὴν, sive sacrarum sculpturam, quæ & ipsa variabat ; ut pluribus ibidem refert Clemens. Ac meminit quoque horum Porphyrius in vita Pythagoræ. Γραμμάτων ἢ τελείας διαφορῆς, ἑπιστολογραφικῶν καὶ ἱερογλυφικῶν, καὶ συμβολικῶν, τῶν μὲν κεινολογμένων καὶ μίμησιν, τῶν δὲ ἀλληγορημένων καὶ πινάξ ἀνιγμῆς. *De Hieroglyphi-*

glyphica sic Lucianus in Hermotimo: Τὸ γὰρ εἰ μὴ δὲ γραμμὰς
 γράφοιμεν ἢ κληρῶν, ἀλλὰ πνῶ σημεῖα ἢ χαρακτῆρας, οἷα πολλὰ
 Λιγυπῖοι γράφουσιν ἀντὶ τῶν γραμμάτων, κυνοκεφάλους πνῶ ὄντες, καὶ
 λεοντοκεφάλους ἀνθρώπους. Addam & de hac veteri Ægyptiorum
 scriptura Ammiani locum, qui sic scribit de Ægyptiorum obe-
 liscis agens: *Non ut nunc literarum numerus prestitutus & facilis ex-
 primit, quicquid humana mens concipere potest, ita prisca quoque scripti-
 tarunt Ægyptii; sed singula litera singulis serviebant nominibus & ver-
 bis; nonnunquam significabant integros sensus.* Similiter Cyrillus lib.
 IX adversus Julianum, quo loco de hirco *Διπορομπαῖω* differit.
 Exempla aliquod Hieroglyphica adducit Plutarchus de Ifide &
 Osiride: ut quoddam *oculum* & *sceptrum* pingentes regem & domi-
 num Osirin exprimerent: quoddamque *coelum*, quia nunquam se-
 nesceret, signarent corde, cui subjectus esset focus ardens: quoddam
 item *judices sine manibus*, & *princeps oculis in terram dejectis*
 Thebis dedicata erat videre; quæ judicem notabant, nec donis,
 nec alloquio obnoxium. Quod item bellicosus in annulo insigne
 erat *scarabæus*: velut fortitudinis virilis symbolum. Scarabæi
 enim cuncti sunt mares; genusque propagant semine in globum
 redactum immisso. Sed de istis vide inprimis Orum Apollinem;
 cujus libellum paucis constrinxit Cælius Calcagninus lib. I I.
 Epist. I. Summa est ista. Divina hæc natura, pro multiplici fa-
 cultate, quam in rerum exerit natura, multiplici nomine vocari
 solet *Iſis & Osiris*: hic ut pater, sive facultas ea natura, quæ for-
 mam largitur; illa ut mater, sive facultas formæ receptrix. Ex
 his duobus genitus est Orus, sive Mundus; qui multiplici modo mu-
 tatur. Caulaque mutationis istius adscribitur Typhoni. Est-
 que inter Orum & Typhonem quasi pugna. Victor Orus, sed
 sic ut Typhonem neutiquam interimat. Plutarchus lib. de Ifide
 & Osiride; Ἡ γὰρ Ἰσις ἐστὶ μὲν τὸ τῆς φύσεως θῆλυ, καὶ δεξιὴν ἀπίστος
 γενέσθαι, καὶ τὸ πῆνη καὶ παιδεχῆς ὑπὸ τῶν Πλάτωνων, ὑπὸ τῶν πο-
 λῶν μυρῶνων καὶ κέκληται, ἀλλὰ τὸ πῆνης ὑπὸ τῶν λόγων τετιομένη μορ-
 φῆς δέχεται ἢ ιδέας. ἐχθρὴ τὴν σύμφυτον ἔστω τῆς πρώτης καὶ κυρωτάτης
 πάντων, ὅτι ἀγαθῶν τῶν ἐστὶ, κακῶν ποδοῖ καὶ δυνάμει. τῆς ἑκ τῆς κα-
 κῆς φύσεως καὶ διαθεῖται μοῖραν, ἀμφοῖν μὲν ἴσα χωρεῖ καὶ ὕλη, ῥέπεται
 ἢ αἰσθητὸς τὸ βέλπον ἐξ ἑαυτῆς. Est igitur *Iſis natura ea pars que quasi
 femina, omnes in se recipit ortus, tanquam nutrix quædam & commune*

omne

omne receptaculum à Platone dicta, à plerisque alii Myrionymos, id est innumeris prae dicta nominibus; quod ratio eam in omnes formas speciesque vertat. Huic Isidi à natura insitus est amor primae omniumque principis & praestantissima natura, qua est Bonum. Hoc ea desiderat atque persequitur, & portionem à malo sibi obtingentem fugit atque repellit. Cum enim sit receptaculum & subiectum utriusque, sua tamen sponte semper vergit ad melius. Plura ibidem in hanc mentem. Et post aliquam multa; Η κρείττων καὶ ἰσοπέρα φύσις ἐκ τριῶν ἐστὶν, Ἐνοπή, καὶ τῷ ὕλης, καὶ ἔκ τῶν ὄντων ὃν κόσμον Ἐλληνες ὀνομάζουσιν. ὁ μὲν ἂν Πλάτων, τὸ μὲν νοητὸν, καὶ ἰδέαν, καὶ πᾶσι δειγμά, καὶ πατέρα· τὸ δὲ ὕλιν, καὶ μητέρα, καὶ πηηνὴν, ἔθραν περὶ χώραν γενέσεως· τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν, ἐγόνον καὶ γενέσειν ὀνομάζουσιν εἶωθεν. Praestantior ac divinior natura è tribus constat, eo quod mente cernitur, & materia, & quod ex his compositum mundus dicitur. Ac Plato quidem primum illud ideam, exemplar patremque nominat: materiam matris, nutricis, sedis, & regionis ortuum capacis vocabulo notat: quod ex utroque constat, prolem ortumque nominare assolet. Hinc tres eos triangulo comparat, Platone praecunte, qui in libris de Rep. universi naturam sic compararat. Plutarchum audiamus; Εἰκαστόν ἂν τῶ μὲν πρὸς ὀρθῆς ἀρρενι, τῶ δὲ θάσειν θηλείᾳ, τῶ δὲ ὑποτάκῳ ἀμφοῖν ἐγόνῳ. καὶ τὸ μὲν Ὀσίριν ὡς ἀρχὴν, τῶ δὲ Ἴσιν ὡς ἀποδοχὴν, καὶ Ὠρον ὡς ἀποτέλεσμα. Intelligendum autem est, lineam ad rectum angulum alteri insistente marem, basi foeminam, subtendens prolem utriusque representari: & Osirin esse principium, Isidem receptaculum, Orum effectum. Postea subjungit Plutarchus, Hesiodum quoque videri convenire cum Aegyptiis. Sic enim scribit; Δόξειε δὲ ἂν ἴσως καὶ Ἡσιόδῳ τὰ πρῶτα πάντες Χάος καὶ γῆν καὶ ταίρτερον, καὶ ἐρωτῆ ποιῶν, καὶ ἐπίρας λαμβάνειν ἀρχαίς, ἀλλὰ γε δὴ τῶ ὀνομάτων, τῆ μὲν Ἴσιδι, τὸ τῆ γῆς, τῶ δὲ Ὀσίριδι τὸ ἔρωτος, τῶ δὲ Τυφῶνι τὸ ἔπαρταρ μετὰ λαμβάνοντες, ὡς ἀποδοχῆ. τὸ δὲ Χάος δοκεῖ χώραν πνῆ, καὶ τῶν ἔπαντος ὑπολήθεα. Fortassis etiam Hesiodus prima omnia faciens Chaos, terram, tartarum, & amorem videri potest non diversa, sed eadem verum principia ponere. Siquidem Isidis nomine terram, Osiridis amorem, Typhonis tartarum accipimus. Nam Chaos videtur, quasi locum quandam & regionem univervo subjecisse. Quod de Chao ait, etymo firmatur. Nam quid aliud Χάος quàm hiatus, & vastitas quaedam nempe à χάω, unde χαινῶ, ut φαίνω à φάω, unde itidem φάος. Sed hæc de Aegyptiorum Diis accuratius expendimus libro quem de Idolo-

Idololatriâ gentium perscriptimus, & cùm opere Maimonidis super hoc argumento à filio Dionysio *Ἐμανουήλ* Latine reddito, notisque illustrato, ut spero, publici juris faciemus.

S. 6. *Ægyptiorum etiam mysteria peti possunt ex Iamblichō.*

Fuit is discipulus Porphyrii, ac quid Assyrii & Ægyptii sacerdotes de religione ac rebus divinis statuerint, scripto consignavit, idque ejusmodi occasione. Porphyrius in Ægyptum epistolam miserat ad Anebonem, qua de Deo, providentia, fato, dæmonibus, anima, magice, sacrificiis, & similibus varia quæsierat. Iis quæstionibus responderet Iamblichus; personam autem assumit Abammonis Ægyptii sacerdotis, qui Anebonis erat præceptor. Opus hoc è Græco vertit Marsilius Ficinus, ac Ioanni Medici Cardinali, qui Papa, dictus Leo x, dicavit. Edidit Aldus. Postea meliorem nactus codicem Græcus Nicolaus Scutellius Eremita denuo transtulit, locaque quædam, quæ in Ficini codice deerant, explevit. Ea editio Romæ prodit anno cIo Io lvi. Mea autem hæc sententia, non posse aliunde meliùs, quàm ex hoc opere, quid & Platonici de divinis rebus senserint, cognosci. Ita enim Ægyptiorum & Chaldæorum opinionem exprimit, ut facile appareat idem ipsum sensisse. Vide etiam Cælii Calcagnini librum posthumum de rebus Ægyptiacis.

S. 7. *Ægyptiaca philosophia magnâ ex parte Allegoriis occultabatur.*

Quæ philosophandi ratio improbari non debet. Nam passim in Veteri testamento legere est multa allegorica: ac Christus ipse ait apud Euangelistam, *Aperiam in parabolis os meum, & in enigmate antiqua loquar.* Item Euangelistæ est: *Iesus in parabolis loquebatur ad turbas.*

S. 8. *Quam latè pateat Ægyptiorum philosophia, ex eo cognoscitur, quòd comprehendit liberales disciplinas, rationem scribendi hieroglyphicam, siderum ac totius nature scientiam, terrarum situm, ac particulatim Ægypti, deque Nili incrementis, virtutum legumque disci-*

disciplinam, Deorum naturam, ac rationem colendi sacrificiis & variis ceremoniis, item medicinam universam, tum illam valetudinis servanda, tum *Φαρμακωνων και χειρουργικων.* Nec tamen omnia in philosophis omnibus exigebantur; sed alia sibi vindicabat cantor sive musicus; alia sacer scriba; alia horoscopus sive astrologus; alia *σολιστης*, sive curator sacri ornatus; alia prophetes, ac pastophori.

De Ægyptiis tradit Clemens Alexandrinus lib. VI *, *οικειων* * p. 456. *πνα φιλοσοφια.* propriam quandam philosophiam. Atque hoc ait apparere ex sacris eorum ceremoniis. Nam primùm, inquit, *ο ψδδς* *cantor*, procedit; cui symbolum aliquod musicum. Ac duo illi libri Mercurii; unus hymnos Deorum continet, alter rationem vitæ regiæ. Post cantorem consequitur horoscopus, cui in manu horologium, & palma, Astrologiæ symbola. Huic semper in ore quatuor Hermæ libri Astrologici, unus de quinque planetis, alter de Sole & Lunâ, tertius quartusque de ortu sidetum. Horoscopus excipit *ιερογεγραμματος*, sive sacrorum scriba, pennas in capite gestans, habens manibus librum, regulam in quâ atramentum scriptorium & calamus ad scribendum. Hunc scire oportet hieroglyphica, cosmographiam, geographiam, ordinem Solis, Lunæ, & quinque planetarum, chorographiam Ægypti ac descriptionem Nili, ac omnis sacri apparatus, locorumque sacrorum cum suâ dimensione, & quicquid in sacris utile. Post sacrorum scribam sequitur *σολιστης*, sive ornator, qui justitiæ cubitum, & ad libandum habet calicem. Hic partim novit *τα παιδδτικα*, sive quæ ad eruditionem ac liberales pertinent disciplinas: partim *τα μοχοσφαιρικα*, hoc est, doctrinam de sacrificiis vitulorum & circa hæc ceremoniis. Hæc enim omnia Ægyptiorum continebat religio, preces, pompas, dies festos, sacrificia, primitias, hymnos, aliaque his similia. Postremus exit Propheta, in sinu gestans hydriam, ponè sequentibus, qui portent panes emissos. Estque hic sacrorum præfectus, ac ediscit *τα ιεραικα βιβλια*, libros sacerdotales: in quibus de legibus, Diis, & universa sacerdotum disciplina. Quorum omnium esse gnarum convenit quia idem

edi. Lugd.
Bat. anno
1616.

I.

II.

III.

IV.

V.

Ἐξ Ἀλεγοριῶν ἔχει τῶν Ἱερῶν βιβλίων ἑξήκοντα ἑνὴν, *rectigalium distributioni præest.* Sunt verò isti sacerdotales libri numero XLII, à Mercurio Ægyptio conscripti: eorum xxxvi, qui omnem Ægyptiorum philosophiam continent, ac ab iis ediscuntur, quos diximus: reliqui sex discuntur ab illis, qui vocantur παρὰφύροι, hoc est, *pallium gestantes*: suntque isti libri de medicina: in quibus agitur distinctè de fabrica corporis humani, de morbis, de medicamentis, ac particulatim de oculorum medicina, deque morbis mulierum.

§. 9. *Æthiopum doctores dicebantur gymnosophistæ.*

Hieronymus lib. IV. in Ezech. cap. XII. Indorum Brachmanes & Æthiopum Gymnosophistas.

§. 10. *Nomen gymnosophistarum ac philosophiam quoque retulere ex Indiâ, unde in Æthiopiam venerè.*

Vide hac de re Philostratum iu Apollonii vitâ lib. VI.

§. 11. *Ad hos quoque, Philosophia causâ profectus creditur Democritus.*

Autores Laërtius, & Hesychius Illustrius.

§. 12. *Libyca Philosophia est ab Atlante, præsertim Astrologia, unde Atlas ille cælum humeris sustinere dicebatur, montique altissimo ab eodem nomen tributum.*

Multorum enim iudicio astrologiam invenit Atlas, Libyæ filius; teste Plinio lib. VI. cap. LVI. de eo Virg. I. Æneid.

— citharâ crinitus Iopas

Personat aurata, do:uit que maximus Atlas,
Et canit errantem Lunam, Solisque labores.

§. 13. *Etiam Ἀτλαντῶ Διῶν inter antiquos Philosophos commemorat Laërtius in præf. Hinc inter barbararum gentium philosophos reponit Augustinus Atlanticos & Libyos. Vide eum lib. VIII. de Civit. Dei cap. IX. Ἀτλαντῶν: dicuntur Diodoro Siculo lib. IV. ubi eorum de Diis fabulas recenset.*

Angularum, qui & ipsi Africæ populus, opinionem de Diis recenset

tenfet Mela in primo cap VII. ubi ait non agnoviffe Deos alios quàm manes five defunctos, ad quorum tumulos excubantes præ responsis fomnia referebant.

C A P U T III.

DE PHILOSOPHIA EUROPÆA, AC
PRIMO THRACUM, GAL-
LORUMQUE.

S. I. **E**X *Europa sapientibus antiquis maximè celebrati Thraces & Galli. Ac Thraces quidem philosophiam hausere à Zamolxi, qui Thrax fuit.*

Indicat id Laërtius in præf. Sed debent Thraces philosophiam Græcis, si verum est, quod penè initio libri VIII. idem Laërtius ait, Zamolxin fuisse servum Pythagoræ, ac Getas ei sacrificare, credereque eum Saturnum. Cujus rei & Herodotum laudat restem, apud quem id hodieque legitur in Melpomene. Sed de Herodoto præterit illud Laërtius, quòd postea is addit putare se Zamolxin multis ante Pythagoram annis existisse. Quod idcirco omisit, quia mallet philosophiæ inventæ gloriam suis adscribere Græcis, quàm Barbaris. Vulgarem opinionem, qua duo isti Zamolxes confunduntur (si modò Pythagoræ ullus eo nomine servus fuit) etiam sequuntur Malchus, five Porphyrius, & Jamblichus, uterque in Pythagoræ vita. Quid de his mirum, cum id ad Pythagoræ laudem pertineat? Religionis mysteria Græcos accepisse à Thracibus multi ex nomine *Θρακίας* probant, quod nomen à Thracibus esse existimant: uti etiam apud Suidam legere est.

S. 2. *A Thracibus multa hauserat Pythagoras.*

Ut Hermippus observavit. Alii tamen malunt Thraces ea accepisse à Zamolxi, Zamolxin à Pythagora. Sed facilè hi refelluntur, si Zamolxes, ut dixi, Pythagora fuit antiquior, Quamquam nihil impedit quòd minus & servus ejus Zamolxis, qui Thrax erat, patriæ fuerit philosophiæ non inscius, multaque ab

eo didicerit Pythagoras: potuit etiam servi indicio in aliorum Thracum notitiam pervenire, qui plenius meliusque ea intelligerent.

§.3. *Inter alia convenere Zamolxis & Pythagoras in μετεμψυχώσει.*

Sanè Getæ à Zamolxide, qui & apud eos colitur, hanc animarum migrationem fuere edocti, ut auctor Julianus in Cæsariis.

§.4. *Qualis Thracum fuerit philosophia, videtur ex parte potuisse cognosci ex doctrinâ Orphei, qui Thrax fuit. Multi enim olim scripserunt Ὀρφικά, sive poemata juxta Orphei doctrinam.*

Aliquos eorum recenset Suidas in Ὀρφείῃς. Maximè ex iis celebre est nomen Onomacriti: qui temporibus vixit liberorum Pisistrati. De eo ad Herodotum lib. vi. Tatianum item contra gentes; Cujus hæc verba. Ὀρφείῃς δὲ καὶ τὸ αὐτὸν χεῖρον Ἡρακλῆος γέγονον. ἄλλωσπι, καὶ τὰ εἰς αὐτὸν ἐπισφερόμενα (Scalig. ἐπιφερόμενα) φασὶν εἶναι Ὀνομακρίτου ἢ Ἀθηναίου σωτηριεργῶν γενομένου καὶ τῶν ἑπτασφαιδῶν ἀρχῶν, καὶ τῶν πεντηκονταὶ Ὀλυμπιάδα. Orpheus iisdem cum Hercule temporibus fuit. Verùm poemata, quæ ejus nomine circumferuntur ajunt ab Onomacrito Atheniensi esse composita, qui fuit cum pones Pisistratidas esset imperium, circa Olympiadem quinquagesimam. Ex Ὀρφείκων scriptoribus, & ut puto, maximè Onomacrito, complura apud varios fragmenta leguntur. Ea collégit H. Stephanus in Poësi sua Philologica. Sed maximè illustre est fragmentum illud apud Justinum Martyrem; in quo de Abrahamo, & Mosâicis Decalogi tabulis. Quæ unde Onomacritus acceperit non facilè dictu est. Nisi fortè autor istorum non Onomacritus fuerit, sed recens admodum Ὀρφείκων scriptor: atque id non satis attenderit Justinus.

§.6. *In eo autem differunt Orphici, & Pythagorici, quòd hi per numeros eos docebant, illi per fabularum figmenta.*

Proclus in Theologiam Platonis lib. i. cap. iv; Ὀρφικῶν ἀριθμῶν συμβόλων

συμβόλων, Πυθαγόρειοι Δε εἰκόνων τὰ θεῖα μνηστέον ἐφίεμενοι. Orphicis
per symbola, Pythagorici per iconas divina tradere studuerunt.

§. 6. *Celtas sive Gallos philosophiam docuere Druidæ, & Σεμνὸι θεοί.*

Ut testis est Aristoteles ἐν μαγκῶ, & Sotion, in XIII τῶ Διόδο-
χῆς, atque ex iis Laertius initio præfationis. Druidas esse à Ἄρῳ
h. e. *Mercurio*, auctor est Plinius lib. XVI. cap. XLIV. Sed potius audien-
dus Strabo, qui negat in vocibus barbaris quærenda esse ἔτυμα
Græcanica. Ut omnino verisimilius sit Druidarum nomen è lin-
gua Celtica peti debere, quemadmodum diximus lib. I. de Orig.
progr. Idololatriæ; cap. 35. *Semnotheos* qui *Samotheos* vocant de-
cepti sunt à suppositio illo Beroso Annii Viterbiensis. Sapientes
omnes Galliæ uno Druidarum nomine comprehenduntur à Cæ-
sare libro VI. & Cicerone in primo de divinatione. Strabo paulld
aliter dividit Gallorum sapientes: nam juxta eum sunt triplices
Βάρδοι τε, καὶ Οὐάτις, καὶ Δρυΐδαι. Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ τε καὶ ποιηταὶ.
Οὐάτις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ Φυσιολόγοι. Δρυΐδαι δὲ περὶ τῆ Φυσιολογία καὶ
τιμῶ ἡθικῶν Φιλοσοφίαν ἀσκήσι.

Similiter Ammianus Marcellinus lib. XV. *Per hac loca homi-
nibus paulum excultis viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata
per Bardos, & Eubages, & Druidas. Et Bardi quidem fortia illustrium vi-
rorum facta heroicis composita versibus, cum dulcibus lyra modulis; can-
titarunt: Eubages verò scrutantes seria & sublimia natura pandere
conabantur. Inter hos Druida ingenis celsiores, ut autoritas Pythagora
decrevit, sodalitiis adstricti consortiis, questionibus occultarum rerum al-
tarumque erecti sunt, & despectantes humana pronuntiarunt animas im-
mortales. Vide & Julium Cæsarem; Lucanum lib. I. Plin. lib. XVI.
cap. XLIV.*

§. 7. *Druides statuebant animas immortales, sed de cor-
pore in corpus transire.*

Cæsar lib. VI. dogma hoc iis tribuit: *Non interire animas, sed ab
aliis post mortem transire ad alios.* Hinc animosi in præliis, Luc. lib. I.

— *Vobis auctoribus Vimbra*

Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundis

Pallida regna petunt: regis idem spiritus artus

6-3,

Orbē:

Orbe alio, longa canitis si cognita vita.

Imò eadem mens Germanis & Getis. De illis auctor Appianus in Celtico: de his Julianus in Cæsaribus.

C A P. IV.

DE PHILOSOPHIA GRÆCANICA.

AC QUIDEM PRIMUM DE
FABVLOSA.

§. I. **P**hilosophia Græcanica vel est μυθική sive fabulosa, vel non fabulosa.

Mythica est veterum poëtarum, ac præcipuè Homeri, magni sapientiæ antistitis. De quo, non poëtas dico, sed summum philosophum Democritum audiamus; Ὀμηροῦ φύσεως λαχὼν θεαζέσης ἐπιών κέσμον ἐτεκνήσατο παντοίων, ὡς οὐκ ἐνὸν (ita corrigo, ubi vulgo ἕκενδον) ἀνδρῶν θείας καὶ δαιμονίας φύσεως ἔτω σφὰ καὶ καλοῖ ἐπιεργάσαι δέ. *Homerus naturam divino afflatu instinctam sortitus, variorum carminum ornatum fabricatus est: cum non in sit ulli ea vis, ut sine divinâ & geniali naturâ tam sapientes & elegantes faciat versus.* Justus Lipsius in manu ductione ad Stoicam Philosophiam corrigi, οὐκ ἀνὸν. Sed non dubia est emendatio quam diximus.

§. 2. *Ab Homero multa didicere Philosophi posteriores, magnoque in pretio apud eos semper fuit.*

Zeno Citricus Stoicæ sectæ ἀρχηγέτης scripsit Homericarum quæstionum libros V.

§. 3. *Mythica hæc philosophia fabularum involucris tum rerum naturam, tum prudentia exempla proponit. Ac Natura quidem arcana involvuntur Deorum Deorumque nominibus, & eorum connubiis atque affinitatibus. Vnde vulgus quidem colligebat Deos esse innumerabiles; sed sapientiores, quid per ea intelligeretur, minimè ignorabant.*

Itaque

Itaque iudicium est Maximi Tyrii Orat. VI I I. ὅτι ποιητικὴ πᾶσι ἀντίτεται quod omnis pœsis obscurè rem innuit. Atque addit, totum hoc fieri μεγαλοπρεπῶς, καὶ Ἱερῶν δίκην. Hermogenes similiter de Ideis, ubi de gravitate agit, quæ ei σιμότης dicitur, ait gravitatem gigni sententiis de Diis, non quibusvis, sed illis, quæ proferuntur, de Deo decenter, sive ut ejus verbis utar αἰσθητῶν θεῶν, αἰσθητῶν θεῶν λεγόμεναι. Ubi notare licet hominis gentilis iudicium de pœticitis fabulis. Vide & Justinī λόγον ἀρχεινελικὸν πρὸς Ἐλληνίους. Item Macrobiū lib. I. in somnium Scipionis cap. I I. ubi respondet Coloti Epicureo, qui aiebat à philosopho fabulam non oportuisse confingi: quoniam nullum figmenti genus veri professoribus conveniret. Distinguit verò Macrobius, inter fabulas, quæ solas aurium delicias profitentur, & quæ ad quandam virtutis speciem intellectum legentis hortantur. De naturæ autem mysteriis sic ibidem scribit; Quia, inquit, sciunt inimicam esse naturam apertam nudamque expositionem sui, qua sicut vulgaribus hominum sensibus intellectum sui vario rerum tegmine operimentoque subtraxit; ita à prudentibus arcana sua voluit per fabulosa tractari. Sic ipsa mysteria figurarum cuniculis operiuntur, ne vel hac adeptis nuda rerum talium se natura prabeat, sed summaribus tantum viris sapientiâ interprete veri arcani conscius, contenti sint reliqui ad venerationem figuris defendentibus à vilitate secretum. Addit deinde, Numenio inter philosophos occultorum curiosiori, offensam numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverit, somnia prodiderunt, visas sibi ipsas Eleusinas Deas habitu meretricio ante apertum lupanar ludere prostantes; admirantique, & causas non convenientis numinibus tarpitudinis consulenti, respondisse iratas, ab ipso se adjecto pudicitia sua vi abstractas, & passim advenitibus proficitas.

S. 4. Ad vitæ institutionem referuntur gesta Heroum.

Ut quæ de Hectore, Achille, Æneâ, Oreste, & aliis prodiderunt. Imò ut B. Basilii ait, πᾶσι ἡ γαίνοις τῶν Ὀμήρου ἀρετῶν ἐστὶν ἐπιμνηστικὴ, καὶ πᾶσι τῶν αἰσθητῶν πρὸς τὰ τῶν Φιερῶν ὅ, τι μὴ πάρεργον. Omnis pœsis Homeri est laudatio virtutis, omniaque ad hoc refert, præter ea fortasse, quæ ad ornatum adspersit.

S. 5. Ad moralem Pœtarum Philosophiam pertinent etiam, quæ commentis de Coccyto, Phlegetonte, Tartaro, ac similibus

libus per quæ perturbationes animi intelligebant.

Ea vulgus sic credebat, uti narrabantur; at longè aliter sapientes. Unde i Tusc. Quæstionum; *An tu inquit, hæc portentæ inferorum esse credis?* Complura alia id genus legere est in libris De Naturâ Deorum.

§. 6. *Quadam in poëtarum fabulis ad utramque philosophiam, naturalem dico & moralem pertinent, ut cum idem & nomen est numinis, & nomen Herois.*

Ita Hercules ad naturalem philosophiam refertur, quatenus Solem signat: ad moralem, quatenus nomen est Herois, qui xxx annis vixerit ante bellum Trojanum.

§. 7. *Verùm non cujusvis est hunc fructum sapientia ac prudentia carpere ex Homero; sed ejus tantummodo, qui aliquantum in rerum naturâ ac virtute profecit: ceteri enim solum fabellis capiuntur. Quin moribus etiam periculum ab sædis istis erit, quæ poëta de Diis narrat, tanquam de suis.*

Idcirco Plato in Alcibiade putat, ἢ δὲν ἑὸν ἀμύητος τὸ σοφίας Ὀμηροῖς ἐμπέπειν ποιήμασιν, ἵνα μὴ μύθος οἰήσῃντο γράφειν τῆς ἥρωα. Non debere eos, qui necdum sunt sapientia initiati incidere in Homericæ poëmata, ne heros illum arbitrentur scribere fabellas.

§. 8. *Imò sæpè ea est obscuritas fabularum, ut nec satis capiant eas ipsi Philosophi, sed alius hoc, alius aliud significari conjectet; nec tam fabulas sententia adaptent ipsius poëta, quàm suam fabulis.*

Pertinent huc quæ Stobæus in Eclogis Physicis lib. 11. cap. 1. adducit ex Porphyrio de Styge; Sunt autem hujusmodi; Ἐστὶ δὲ ἡ πέτυξ ἡ ποιητῶν δόξα ἕχῃς ἂν τις νομίσειεν ἄληθης· πάντες μὲν γὰρ οἱ παλαιοὶ τὰ θεῶν ἢ θεῶν ἢ δαιμόνων ἐσόμεναν. Ὀμηρὸς δὲ ἢ μάλλον τὰ θεῶν τέτων ἀπέκρυψε, τὸ μὴ ἐξηγηθῆναι; θεῶν αὐτῶν ἀγαλῆξασθαι, ἢ ἢ πῶς λεγόμενοις εἰς ἐξήγησιν ἄλλων. ἢ γοῦν ἀναπύσασιν ἐπιχρήσαντων τὰδε ὑπόνοιας παρ' αὐτῶν λεγόμενα ἰκανώτατα δοκῶν ὁ Πυθιγόρῃς

την Ἐκρένειν τῆς ἀπὸ γένεσός τῃς ὁμοίας ἐν τοῖς ἀλλοῖς πῖ ἐφ' ἑαυ-
 τῆς πειθιστικῆς ὑποθέσει, τὰ ὁμοίω μὴ διαφέρειν, ἢ ἡδὴ ἔποιη-
 τῆ τὰς διόξας, ἢ ἡ πᾶς αὐτῆς ἀποδείξιν ἢ ποιεῖται πεφίλοτιμην). *Neque*
verò tam intellectu facilis est Poëta opinio, quàm quis putaris. Cum enim
omnes antiqui de diis ac demonibus rectè sunt locuti, tum Homerus hac oc-
cultavit maximè, quod non tam diserte de ipsis tractet, quàm iisdem ad
alia declaranda abutatur. Qui quidem inter eos, quibus ipsius anigmata
cura fuit enucleare, prastantissimus habetur Pythagoreus Cronius, in mal-
is tamen aliena inter se connectit, nec tam se ad Poëta opiniones, quàm
Poëtam ad suas accommodare nititur.

C A P. V.

DE PHILOSOPHIA GRÆCORUM
 NON FABULOSA; AC PRIMO
 DE IONICA.

§. 1. *S*equitur *Philosophia Græcorum non fabulosa. Ejus*
antiquitus tres erant Sectæ, Ionica, Italica, Elea-
tica.

Ionica cœpit à Thalete Milefio. Unde & Ionica dicta. Nam
 Miletus Thaletis patria, præcipua Ionix civitas, juxta Melam.
 Natus is Olymp. xxxi, ut ex Apollodoro tradidit Laërtius.
 Temporibus Alyattis vixisse ait Plinius lib. xi. Hist. Nat. Sub
 Astyage Cic. lib. i. de Divin. quæ probè conveniunt: cùm duo
 hi reges inter se bellum gesserint. Laëtant. lib. i. cap. xiv;
 Vnde apparet aut Pythagoram voluisse laudare, qui se primus Philosophum
 nominavit; aut Milefium Thaletem, qui de rerum natura primus dicitur
 disputasse. Quàm multa in Mathesi, & rerum naturâ primus ob-
 servavit, docebit Laërtius lib. i. De eodem sic Apulejus in iv.
 Flor. Thales Milefius ex septem illis sapientiâ memoratis viris facillè præ-
 cipuus. Fuit enim geometrica penes Graecos primus repertor, & natura re-
 rum certissimus explorator, & astrorum peritissimus contemplator, maxi-
 mas res parvis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum flatus, stella-
 rum meatus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, Solis
 annua reverbicula: idem Luna vel nascentis incrementa, vel senescentis
 dispen-

diffidia, vel delinquentis obstacula. Idem sanè jam proclivi senectute divinam rationem de Sole commentus est; quoties Sol magnitudine sua circum, quem permeat, metiatur.

§. 2. *Multum verò ad propagandam sapientiam contulerè & alii ejusdem avi. Nam præter Thaletem sex numero eodem tempore sapientes habebantur.*

Qui patriâ differebant. Nam Chilo Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Prieneus, Cleobulus Lindius, Periander Corinthius, & Solon Atheniensis. De quorum vitis Diogenes.

§. 3. *Thales rerum originem voluit esse Aquam; nempe quia semen animantium sit humidum, nec alimentum sine humido constat.*

Quas causas adfert Plutarchus de placitis Philosophorum. Fortasè tamen id didicerat ab Ægyptiis, illi à Iudæis. Moses enim ait; Spiritus ferebatur super aquas. Item, producant aqua reptile.

§. 4. *Succesit Thaleti Anaximander Milesius. Qui in aliquibus à præceptore recessit. Nam non unum principium posuit, sed infinita, itemque mundos infinitos: Deos nativos, longoque intervallo Orientes & Occidentales.*

De hujus dogmatis præter Arist. 1. *Φυσ. ἀπορίαι.* Cic. lib. 2. de naturâ Deorum, Laertium in vitis, & Plutarchum de placitis: vide Justinum Martyrem Orat. ad Græcos, Eusebium lib. 1. de præpar. cap. v. & xiv. & Augustinum lib. vii. de Civitate Dei. cap. 11.

§. 5. *Anaximandro Milesio, successor Anaximenes itidem Milesius.*

De quo sic ibidem Augustinus. *Iste omnes rerum causas infinito aëri dedit, nec Deos negavit, aut tacuit; non tamen ab ipsis aërem factum, sed ipsos ex aëre ortos credidit. Natus est Olymp. lxi. Obiit anno eodem, quo Cræsus à Cyro captus juxta Apollodorum apud Laertium.*

§. 6. *Anaxim*

§. 6. *Anaximeni Miletio successit Anaxagoras Clazomenius.*

Testis ibidem Augustinus, & ante eum alii. Obiit Olymp. LXXVIII anno ætatis LXXI. Ponebat in unoquoque corpore partes infinitas tum ὁμοιογενῆς, sive ὁμοιομερῆς, ubi idem nomen totius ac partis, ut in aqua, carne, osse; tum ἕτερογενῆς, ubi nomen diversum, quales oculus, manus, ramus. Inter cætera quoque docebat, Solem esse massam, sive glebam ignitam Peloponneso majorem. Item ut aurum ex minutissimis ramentis, ita universum hoc ex similibus partium corporibus constare. Animantes primùm ex calore ac humore & terra prognatas; postea ex mutuo congressu, mares ex latere dextro, feminas ex sinistro. Illud rectè, quod primus Mentem omnia doceret condidisse, ut præter Lucilium Vellejus testatur apud Cic. lib. 1. de Natura Deorum. Justinus tamen ἄθρον vocat orat. ad Græcos; sed secutus ea parte iudicium adversariorum ejus. Nam à Cleone impietatis est accusatus, quòd Solem dixisset μῦθρον Διότινον, non Deum. Ac similiter Lucianus in Timone ait Jovem jaculasse fulmina in caput Anaxagoræ, quia familiares docuisset, non esse Deos qui vulgo tales putarentur.

§. 7. *Hic primus ex Asia scholam transtulit Athenas.*

Ubi Socratem & Euripidem docuit. Uti & Periclem.

§. 8. *Illi successit Archelaus Atheniensis.*

Augustinus de Civ. Dei lib. VII cap. 11; *Anaxagora successit auditor ejus Archelaus: etiam ipse de particulis inter se dissimilibus, quibus singula quaque fierent, ita omnia constare putavit, ut inesse etiam mentem diceret, que corpora dissimilia, id est, illas particulas conjungendo & dissipando ageret omnia.*

§. 9. *Hunc Socrates audivit.*

Ut ibidem ait Augustinus.

§. 10. *Hic moralem philosophiam primus induxit: unde & de calo ad terram dicitur philosophiam devocasse.*

De eo oraculum Ἀνδρῶν ἀπάντων Σωκράτης σφώτατο. quod responsum Socratis sodali Chærephonti, cū rogasset, quis hominum esset sapientissimus.

C A P. VI.

DE SECTA ITALICA.

§. I. **I**talicam sectam condidit Pythagoras. Is à quo Philosophia nomen cepit: occasionem refert Cic. in v. Tuscul.

Dicta est Italica, quia Pythagoras docuit in ea Italiae parte, quæ Magna Græcia vocabatur, ubi Tarentus, Metapontus, Heraclea, Croto, Thurii. Estque hæc secta aliquot annis junior Jonica. Nam Pythagoras annos natus XVI. II. accessit Anaximandrum, ejusque præceptorem Thaletem, qui tum senex erat, atque ab eo consilium accepit proficiscendi in Ægyptum. Posteaque etiam in Asiam abiit ad Chaldæos. Ac demum à peregrinatione hæc reversus in magna Græcia docuit; quia Polycrates Sami, ubi natus erat Pythagoras, jam Tyrannidem occupasset. Thales verò obiit Olympiade LVIII. ut autor est Laertius in ejus vita, & Cyrillus adversus Julianum lib. I. At LX. Olymp. floruit præceptor ejus Pherecydes. LXIV. Polycrates Samius fuit Tyrannus, ipseque Pythagoras decessit anno ultimo Olymp. LXX. ut narrat Eusebius. Quare errat Apulejus in Florid. ubi ei Pythagoras dicitur *primus philosophia nuncupator & conditor*. Luculento eum elogio ornavit Ovid. xv. Met.

Mente Deos adiit, & qua natura negavit.

Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Crotoniatæ quidem, & Metapontini, (apud quos diem ultimum obiisse creditur) usque aded eum admirabantur, ut ex domo ejus templum facerent, ac mortuum numinis instar colerent. In iis quæ primus observavit, etiam est quoddam deprehenderit Luciferi naturam, ut autor est Plinius Hist. Lib. II. cap. VIII. Sed quod ibidem legas hoc contigisse Olymp. circiter XLII. id verum esse nequit. Verius Clemens lib. I. Στωματ. ubi eum & Polycratem Tyrannum refert ad τὴν ἐξήκωτον δόξησαν Ὀλυμπιάδα.

Quare.

Quare existimet aliquis pro LXII. proclivi errore scriptum esse XLII. Sed obstat quod sequitur eum esse annum Urbis CXLII. Ac LXII incidit in annum urbis CCXXII. qui est secundus Tarquinii Superbi. Itaque aut uterque numerus est corruptus, aut vehementer erravit Plinius.

§.2. Originem Philosophia Pythagorica inquirenti, parebit eum multum debere barbaris. Ac primum Thracibus, ut de eo prodidit Hermippus.

Qui Thracum opiniones amplexum aperte tradit, teste Flavio Iosepho lib. 1. contra Apionem Grammaticum. Fortasse hoc inde est, quia Pittacus Mitylenæus natus fuit parte Hyrrhædio, quem Thraca fuisse scripsit Duris Laertio teste. Nam Pittacus ille præceptor fuit Pherecydis Syrii: Pherecydes Pythagoræ, cui eum Zoilus commendarat, patruus Pythagoræ. Fortasse & eo aliquis probabit initium Italicæ Philosophiæ ductum à barbaris, quia Pherecydes ille Syrus dicatur multis, quasi è Syria fuerit. Sed fuit è Syro insula, ut Syrius non Syrus dici debeat. De eo sic Apulejus in Floridis: *Quin etiam Pherecydes Syro ex insula oriundus, qui primus versuum nexu repudiato conscribere ausus est passivis verbis, soluto locutu, liberà oratione. Eum quoque Pythagoras magistrum coluit, & insanidi morbi putredine in serpentium scabiem solutum religiosè humavit.* Significat Pherecydem decessisse. Φηλασσι seu morbo pediculari: quod & alii prodidere.

§.3. Idem hausit plurima à sacerdotibus Aegyptiis:

Nempe cum reliquam Philosophiam, tum sacrificia ac cultum Deorum, Ilocrates in Busiride: Πυθαγόρου ὁ ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον, καὶ μαθητῆς ἐκείνων γενόμενος, τίντε ἀπὸ φιλοσοφίας πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ περὶ τὰς ἰουσίας καὶ τὰς ἀγρῆσιαις τὰς ἐν τῆς ἰεροῦς Ἐπιφανέστερον τῶν ἀλλῶν ἐπέδασε. Clemens etiam in 1. Strom. edocet nos præceptoris nomen. Ἰσθητίου δὲ Πυθαγόρου καὶ Σώγχευ τῶν Αἰγυπτίων ἀρχαιοφύτη μαθητῶν. Huic etiam genti debet τὸ διδασκαλίας τρόπον συμβολικόν, καὶ πάντη ὁμοιον τῆς ἐν Αἰγύπτῳ διδασκαλίαι * ut Jamblichus indicat lib. 1. de vita ejus cap. v. Imò ut multa bona, ita & mala quædam ab A-

*Symbolicam doctrinam, ac plane similem Aegyptiæ.

Ægyptios docuisse auctor est Herodotus in Euterpe. Atque addit ab his accepisse Græcorum illos, qui quasi proprium dogma hoc tradidere. Aitque eorum nominibus parcere: sed Pythagoreos signari satis est apertum.

§. 4. *Etiam discendi studio versatus cum Persarum Magis, & Assyriis seu Chaldæis; item in Cretâ cum Epimenide.*

Auctor præter alios Laertius, qui ait omnibus penè Græcis ac barbaris mysteriis initiatum fuisse; linguamque etiam Ægyptiam didicisse. Exinde in Assyria cum Chaldæis, in Persia cum Magis conversatum. Inque Creta fuisse cum Epimenide, quicum & in Idæum antrum sit ingressus. Epimenidem hunc *inclytum fatiloquum* vocat Apulejus in 11 Florid. Ubi & addit Pythagoram magistro usum Leodamante discipulo Creophili, qui Homeri hospes, & canendi æmulus fuit. Sed qui istic Leodamas, is Ἐρμωδάμας Laertio lib. VIII. & Suidæ. Quod autem Platonem etiam audivisse addit, is junior quidam Plato, ac ipse etiam fatiloquus fuit, uti Epimenides quicum jungitur. Nam quo minùs Academiæ princeps intelligatur tempora planè obstant. Casaubonum, qui pro Platone reponit Solonem, falli arbitror.

§. 5. *Plurimum etiam Judæis debuit Pythagoras.*

Auctor Fl. Josephus lib. I. contra Appionem. Qui & ejusce rei testem laudat scriptorem gentilem, eumque luculentum, Hermippum nomine, qui in primo de Pythagora libro asserit, eum Judæorum & Thracum opiniones imitari, atque adeò multas Judæorum leges in Philosophiam transtulisse. Quod & Origenes tradit lib. I. contra Celsum; *Λέγειται ὅτι καὶ Ἐρμιππῶν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νομοθετῶν ἰσραηλῆναι Πυθαγόραν ἢ αὐτῆς φιλοσοφίας, ὡς τῶν Ἰουδαίων εἰς Ἑλλάδας ἀγαγεῖν.* Imò & Malchus sive Porphyrius, ut Ægyptios, ita quoque Arabas, Hebræos, & Chaldæos accessisse ait. Hinc plufcula ei cum populo Dei communia. Clemens Alexandrinus lib. I. *Στρώμ. Καὶ Πυθαγόρας πολλὰ ἢ παρ' ἡμῶν μετιπέθεκε, καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματισίαν.* Pythagoras etiam multa ex nostris transtulit in suorum dogmatum traditionem. Ac Plato, quia Pythagoram in multis secutus, ille Mosen, Moses At-

ses Atticissans dictus Numenio Pythagoræo. Unde Clemens ibidem subdit, Νυμνίου ὁ Πυθαγόρειος Φιλόσοφος ἀντικρὺς χροφει • πὶ γὰρ ἐς Πλάτων ἢ Μουσοῦς ἀτίμιζων. Numenius autem Philosophus Pythagoricus aperte scribit : Quid est Plato nisi Moses Atticissans? De Pythagorâ pretium operæ sit legere, quæ Godefridus Wendelinus tradit in epistola ad Erycium Puteanum dissertatione de Pythagoræ Tetracty. * Quâ docet signari eo nomen Dei τετραγεόμετρον. Hoc à Judæis, & quidem propheta Daniele, magorum principe hausisse, qui tum fuerit septuagenarius. Sanè ex Clemente Alexandrino constat fuisse circumcisum: sive id factum sit cum adolescens ageret Babylone, sive cum in urbe Biblio, vel Sidone versaretur cum Carmelitis, hoc est, disciplinam professus, quæ fuit Eliæ & Elisæi in monte Carmelo.

* edita an.
1637.

§. 6. In Graciâ verò usus magistro Pherecyde Syrio.

Pherecydes hic Straboni lib. x. Σύριος dicitur, ac Babyos filius, ac Apulejo itidem Syro ex insula oriundus. Lærtio libro primo Φερεκύδης Βάβυος Συρίου. Ubi malim Βάβυος, vel Βάβυος: Nam per β scribunt, & Strabo, & Suidas. Σύριος autem dicitur à Syrà (melius Syro) Cycladum unâ popè Delum: ut addit Suidas.

§. 7. Pherecydes hic quorundam iudicio Pittacum audivit: alii nullo præceptore usum existimant, suaque hausisse ex occultis Phœnicum libris.

Primum tradidit Alexander in successioneibus, ut ait Lærtius; alterum Suidas refert in Φερεκύδης. Verba ejus superius retulimus.

§. 8. Animas primus docuit immortales.

Ita Cicero lib. i. Tuscul. Quæst. & ex eo Lactantius lib. vii. cap. 8. Nec non B. Augustinus Epist. i. i. i. ad Volusianum, ubi sic scribit : Quis nunc extremus idiota, vel quæ abjecta mulierculâ, non credit anima immortalitatem, vitæque post mortem futuram. Quod apud Græcos olim primus Pherecydes cum disputasset, Pythagoram Samiam, illius disputationis novitate permutum, ex athleta in philosophum vertit. Quod pugilem ait Pythagoram primum fuisse id quoque Lærtius prodit lib. vi. i. i. Apud quem cætera de ejus vitâ, & doctrinâ:

Inter

Inter alia & illud, ut morbo obierit pediculari: quod etiam prodidit Apulejus lib. 11. Florid. Ælianus Var. Hist. lib. 14. cap. XXVIII, & Hesychius Milesius.

§. 9. *Præter Pherecydem audiuit in Graciâ Hermodan-tem & Anaximandrum Physicum.*

De quo dictum in successione sectæ Ionicæ.

§. 10. *Pythagoras, ut aliqui censent, tria reliquit opera, παρὰ πικρὸν, πολιτικόν, φυσικόν.*

Hoc ordine eos libros recenset Laërtius. Sed malim πολιτικῶ tradere locum postremum. Nam Pythagoras postremo omnium exercebat discipulos suos in scientiâ civili: ut ex Varrone docet B. Augustinus extremo libro 11. de Ordine. Præter tria hæc & alia ei tribuit Heraclides in Sotionis epitome, ut idem Laërtius auctor est.

§. 11. *Alii arbitrantur nihil scripsisse.*

Quos ἀφ' αὐτῶν, hoc est ludere ac nugari ait Laërtius. Suamque sententiam non obscure adstruit ex Heraclito physico, qui ex Pythagoræ scriptis quædam adducit. Eos tamen sequitur B. Augustinus lib. 1. de Consensu Evangelist. cap. VI I. Ubi gentilibus quærentibus cur Christus nihil scripserit. *Pythagoras inquit, quo in illâ contemplativâ virtute nihil tunc habuit Græciâ clarius, non tantùm de se, sed nec de ulla re aliquid scripsisse perhibetur.*

§. 12. *Vicunque hoc est, saltem ejus nihil ad nos pervenit. Eoque ejus viri philosophia partim ex discipulis & sectatoribus peti debet: partim ex illis, qui ejus vitam scripsere: partim ex symbolis Pythagoricis, & iis, quæ varii scriptores de Pythagoræ dogmatis admiscunt.*

Sectatorum quædam supersunt: ut illa Hippodami Thurii de Felicitate: Euryphami de vitâ: Hipparchi de Animi tranquillitate: Archytæ de viro bono, deque morum doctrina: Theagis de virtutibus: Metopi de virtute: Clinix quiddam de causis vir-

sis virtutis : Critonis de Prudentia & Felicitate : Poli de Justitia : Item Epistolæ Lyfidis, qui Pythagoræ auditor fuit, & Theanus, quæ erat uxor Pythagoræ, & Melissæ, ac Mujæ : & paucula incerti scriptoris. Quibus omnibus, cum plurima insint auro magis aurea, non magis ea in manibus esse, ambigo magisne mirer, an indigner. Magis noti versus, qui vulgò dicuntur Aurea carmina Pythagoræ. Ac verè quidem dicuntur Aurei ; sed de autore falluntur, cum sint Lyfidis Pythagorici, qui cum Thebas fugisset Epaminondam instituit, Laërtio teste, & ante eum Cornelio Nepote, in Epaminondæ vitâ. Atque hinc etiam ætatem Lyfidis cognoscimus. In hoc carmen Lyfidis pulcherrimum superest Hieroclis commentarius : quem & ipsum neglectui esse doleo. Stoicus fuit, sed Pythagoreorum mentem optimè expressit. Symbola Pythagoræ complures collegere : ea interpretantur, Laërtius, Plutarchus, alii : è junioribus Desiderius Chliadum initio : Sed omnium accuratissimè Lilius Gyraldus. Adde his vitam Pythagoræ scriptam ab his tribus, Laërtio, Malcho sive Porphyrio, & Jamblichò. Item quæ de Pythagora ejusque dogmatis apud Ciceronem, Plutarchum, atque alios legere est passim. Utinam verò extarent quæ de Pythagoreâ philosophia scripsere Aristoteles, Androcydes, Antiphanes, & Alexander ; qui in hoc argumento à veteribus laudantur. Utinam superesset Philolaus, qui Pythagoræ dogmata conscripsit. Eusebius in Hieroclem * : *ἔτ' Ἀρχύτας, ἔτ' αὐτὸς ἐκείνῳ ὁ τὰς Πυθαγόρου γράφῃ* * pag. 444
Ἐκδὸς οὐμιλίας Φιλόλαου ἔτ' 445.
qui dissertationes Pythagora scripto tradidit. Utinam & superesset Didymus, quem de philosophia Pythagorica librum fecisse, auctor est Clemens Alexandrinus lib. 1. *Σπρωματίων*. Utinam quoque haberemus, quos scripsit Moderatus Gaditanus libros quinque de scholis sive dissertationibus Pythagoricis : teste Stephano in *Γάδοις*. Ac meminere etiam Porphyrius apud Eusebium lib. xv. Histor. Eccles. cap. xix. & Hieronymus apologia adversus Rufinum : ubi eum vocat virum disertissimum, ac inter eos reponit, quos imitatus sit Jamblichus, ut mirum sit Jamblichum ejus nusquam meminisse.

* pag. 444
 ἔτ' 445.
 edit, Parisina
 Philostr. anno
 1608.

§. 13. *Duplex erat Pythagora docendi ratio, una δεξοδική,*

c

qua

qua aperta magis ac facilis : altera συμβολικὴ qua obscura, & mystica.

Auctor Porphyrius de vita Pythagoræ. De posteriori genere sic Justinus Martyr cohortatione ad Græcos : Ο' ἡ Ἐκκλησία Πυθαγόρας, ὁ τα δόγματα τ' ἑαυτῆ φιλοσοφίας ἀλλ' συμβόλων μουσικῶς ἐκτέμενον, ὡς δηλοῦσιν οἱ τ' βίβων αὐτῶν γεγραφότες. Etiam ei τ' τ' διδασκαλίας τῶν συμβολικῶν tribuit Clemens Alexandrinus : ac Porphyrius & Jamblichus in vitâ Pythagoræ : ut cæteros mittam.

§. 14. *Ad συμβολικὴν doctrinam genus pertinent breviter illa atque enigmatica dicta, quibus utilia vitæ præcepta complexus fuit.*

Ut *Stateram ne transili*, hoc est, Ne viola justitiam, vel Ne avaritia pecces. *Ne cor edas*. h. e. ne te curis conficias. *Ignem gladio ne fodias*. h. e. Iratum ne maledictis laceffas. *Hirundinem sub tectum ne recipe*. h. e. Garrulum ne admitte. Et similia. Quæ legere est apud Laërtium, Malchum & Jamblichum, vitæ Pythagoræ scriptores. Item Cyrillum lib. ix. contra Julianum. Ac è junioribus Erasmus initio Chiliadum, & Lilius Gyraldum libello de iis peculiari.

* p. 209.
Lat. Ed.
Bas.

§. 15. *Nec moralia solum præcepta enigmaticè proposuit, sed præterea numeris, figuris, ac propositionibus natura, & Dei etiam mysteria velabat : quasi omnia haberent similitudinem & consensum cum numeris ac figuris.*

Ita Apollinem unitate signabat, binario Dianam, septenario Minervam, primo cubo Neptunum, ut ait Plutarchus de Iside ac Osiride. Hujus vestigia habemus in Timæo Platonis, & Proclo ejus interprete. Vide & Athenæum in xiv. Dipnosoph. ubi ex sententia Pythagoræ ait, universum hoc constare vi Musica, ac propterea ex Diis Apollinem, ex semideis Orphea credi *μουσικώτατον καὶ σφώτατον*.

§. 16. *Pythagoras in primis suos exercebat in Arithmeti-
cicis :*

sicis : quam ille à mercatura abduxit , & aliis rebus applicavit.

Stobæus in Ecl. Physf. lib. 1. c. 11. τὴν δὲ αἰὲν ἀριθμῶν πλάγ-
ματεῖαν μάλιστα πάντων πρῶτον δοκεῖ Πυθαγόρου, καὶ παραχρῆμα εἰς τὸ
περὶ αὐτῶν, ἀπαγαγὼν δὸς τὴν ἐμπόρων χρείαν πάντων τὰ πλάγματα ἀ-
πικαζῶν τοῖς ἀριθμοῖς. Numerorum verò disciplinam omnium maximè
fecisse videtur Pythagoras, & in medium produxisse abductam à mercato-
rum usu; cum numeris res omnes comparans.

§. 17. *Postquam jacta in Arithmetiis fundamenta erant,
maxime suos excolebat in his tribus, Musicis, Medi-
cina, (præcipuè qua fit accurata victus ratione) & in
Divinatione.*

De hoc ita Iamblichus ἐπιπέτητο libro de vita Pythagoræ
cap. XXIX: Τῶν δὲ ὀπισθημῶν ἐχέουσα Φασὶν αὐτὸς αὐτὸν Πυθαγορεῖος
πρῶτον μουσικῶτε καὶ ἰατρικῶ, καὶ μαθητικῶ. Porro ex scientiis aiunt
ipsos Pythagoreos nequaquam minimo in pretio habere Musicam & Me-
dicinam, ac divinandi artem. Addit deinde, τὴν δὲ ἰατρικὴν μάλιστα μὴ
δοσὶν ἐχεῖσθαι τὸ Διαιτητικὸν εἶδος. Ex medendi arte maximè recipere eam
partem qua fit per dietam sive victus rationem. Plura ibidem de Me-
dicina eorum subjungit.

§. 18. *Discipulorum Pythagora alii erant ἀκροατικοί, sive
ἀκρομαθητικοί, alii μαθηματικοί. Priores nudis erudiebantur
præceptis, ut quibus τὸ εἶναι solum proponeretur. Pos-
teriores etiam discebant τὸ διόναι, sive cur sic se aliquid,
& non aliter haberet.*

Auctor Clemens Alexandrinus lib. v. Στάματα. Item Por-
phyrius & Iamblichus in vita Pythagoræ. Nempe qui vel inge-
nio minùs valerent, vel Reip. negotiis districti, non possent se
totos dare Pythagoræ, priori genere docendi erant contenti: po-
steriori autem erudiebantur, qui germani essent discipuli; ac in-
primis juniores; quippe ferendis laboribus, ac ad discendum
aptiores: unde & μαθηματικοί dicebantur. Duplici huic generi,
τὸ φυσικῶν addit Gellius, lib. 1. cap. 14. Imò & plura genera ad-

§. 19. *Ante omnia discipulos docuit tacere.*

Apulejus in Floridis: Tot ille doctoribus eruditus, tot tamque multi-
jugis fontibus disciplinarum toto orbe haustus, vir præsertim ingenio in-
genti, ac profecto supra captum hominis animi augustior, nihil prius discipu-
los suos docuit, quam tacere; primaque apud eum meditatio sapientiæ fi-
turo, linguam omnem coercere; verbaque, qua volentia poeta appellant, ea
detractis pinnis intra murum candentium dentium premere.

§. 20. *Causa hujus silentii erat, ut primò discerent di-
scipuli tacere, qua res est & difficillima, & maxime
utilis ac necessaria.*

Unde Jamblichus lib. 1. cap. xxxi: Εἰς τὸ πάντων χαλεπώτατον
ἐν ἡγεσιμάτων τὸ γλώττης κερταίν. Et Catonis est in distichis:
Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.

§. 21. *Itaque ob silentium hoc etiam Isocratis ævo magno
in honore Pythagorei erant.*

Sic enim scribit in Bufiride: Εἴη γὰρ καὶ νῦν τὸν ἡγεσιμαίεως
ἐκείνη μαθητῶν ἔσθαι, μάλλον σιγῶντος θυμαίσομην, ἢ τὸν ἐπὶ τῷ λόγῳ
μεγίστω δόξαν ἔχοντα. Est qui nunc quoque se ut ejus discipulos gerunt,
magis, dum tacens, admittitur, quam alios, qui magnam dicendo sunt glo-
riam consecuti.

§. 22. *Discipulorum hoc duplex silentium erat. Prius erat
certo tempore definitum, quod ἔχεμυθῶν dixere.*

Ut videre est ex Aulo Gellio lib. 1. cap. 1x. Ἐχέμυθον autem,
quasi ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸ μῦθον σιωπῆ. Vide Hesychium, & Suidam
in Ἐχεμυθεῖ. Aliter, sed rarius, ἔχερημοσύνην dixere; ut ex Jam-
blicho videre est in vita Pythagoræ:

§. 23. *Silentium illud minimum biennii, summum quin-
quennii erat.*

De quinquennali hoc silentio auctor Servius in illud x. Æn.
Tantus regnavit Aeneas. Similiter Lærtius lib. viii, qui πενταετίαν
vocat.

vocat. Nec tamen ab omnibus exegisse *παντα τῆ ἐχεμύθια*, docet Gellius lib. 1. cap. 1 x. *Iubebat, inquit, certum tempus tacere; non omnes idem, sed aliud aliis tempus, pro aestimato captu solertia.* Et paullo post; *Sed non minus quisquam tacuit, quam biennium.* Similiter Apulejus de eo in Floridis; *Non in totum tamen (Pythagorici) vocem desuescebant; nec omnes pari tempore elingues magisterium sectabantur; sed gravioribus viris brevi spatio satis videbatur taciturnitas modificata.* Loquaciores enim vero ferme in quinquennium, velut in exilium vocis mittebantur. Pythagoræ hujus exemplo etiam Basilides hæreticus *παντα τῆ σιωπῶν, quinquennale silentium à discipulis exigebat: ut ait Eusebius Hist. Eccles. lib. 1 v. cap. VII.*

§. 24. *Alterum silentium erat perpetuum: quo Pythagoricis inter se quidem loqui liceret: cum extraneis vero, hoc est non Pythagoricis de iis, quæ didicissent, loqui non liceret.*

Eoque respexit Cic. lib. 1. de Natura Deorum. *Nec tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos.* Ubi alieni sunt ἀμύητοι sive ἀπέλεστοι, qui & ἑρῆμοι, & ἐξωπεριστοι, & βέβηλοι, quomodo Latini quoque tales vocant profanos: quasi non initiatos mysteriis. Hoc silentium quia perpetuum erat, *παντὸς sive omnimodum dicebatur.*

§. 25. *Arctissima etiam inter se conjunctio, ac bonorum etiam communio erat. Aliorum vero amicitias nullo habebant loco, utrumque opibus & honoribus pollerent.*

Hinc versus illi apud Iamblichum lib. 1. cap. xxxv.

Τὸς μὲν ἑταίρους ἦγεν ἴσως μακάρεσσι θεοῖσι,
Τὸς δὲ ἄλλους ἠγεῖτ' ἔτ' ἐν λόγῳ, ἔτ' ἐν δριδμῶν.

Nempe illis lex erat, μόνῳ τῷ Πυθαγορείῳ τῷ δεξιᾷ ἐμὲ ἀλλῆν· Solis injicere Pythagoreis dexteram. Cæteros vero excludebant: *πᾶσι τῶν γονέων, parentibus exceptis: ut auctor est idem Iamblichus cap. xxxv. p. 216.*

§. 26. *Hic aliorum contemptus, magnam iis invidiam creavit. Nam inde provenit, ut cum unâ in domo solatium eorum solet congregari, adversus civitatem*

DE PHILOSOPHORUM SECTIS.
*conjurasse à malevolis dicerentur, ac propè omnes in-
 terneccione delerentur.*

Justinus lib. xx: *Trecenti ex juvenibus cum sodalitiis jure sacramento quodam nexi separatam à ceteris civibus vitam exercebant, quasi ceterum clandestina conjurationis haberent, civitatem in se converterunt, qua eos cum in unam domum convenissent, cremare voluit. In quo tumultu LX ferè periere: ceteri in exilium profecti.* Meminit hujus etiam rei Polybius lib. 11. ac Malchus sive Porphyrius & Jamblichus in Pythagoræ vitâ. Atque hi duo tradidere, duos solum effugisse, Archippum, & Lysidem, Epaminondæ præceptorem. Sed sic quoque *Ἐπερολογικῶς* scripserit Ausonius Idyllio xv:

Vive & amicitias semper cole. Crimen ob istud

Pythagoreorum perit schola tota Sophorum.

Nec cædem hanc inultam tulere illi, qui Pythagoreos oppresse-
 rant: sed, ut Jamblichus refert, ab aliis, quibus de Pythagoreorum innocentia constaret, lapidibus obruti sunt, abjectique insepulti.

§. 27. *Magna hæc Pythagora gloria est, quòd in Italiâ tam multi Rerumpublicarum rectores præstantissimi ex ejus scholâ prodierunt.*

In his celebre imprimis nomen fuit Zaleuco, & Charondæ, de quibus Seneca Epist. xc1, Jamblichus vita Pythagoræ lib. 1. cap. xxx. Ac ille quidem ut præter alios autor est Valerius lib. vi. cap. v. Locrensibus leges dedit; hinc Thuriis. Quos cum imperiti nescirent esse in Italia, fecere ex eo Tyrios. Alii postea, quia Carthaginenses scirent esse Tyriorum colonos, scripsere eum Carthaginensium fuisse Legislatorem: quo in errore etiam est Alexander Genialium Dierum lib. vi. cap. x. Alios etiam Legislatores, qui ex Pythagorea schola prodierint, commemorat Jamblichus, eo quo dixi loco.

§. 28. *Quo loco idem Pythagoras habitus sit à veteribus Romanis, argumento est, quòd ei & Alcibiadæ statuas posuerint Roma.*

Plinius lib. xxxiv. cap. vi: *Invenio & Pythagora, & Alcibiadi, (statuas)*

(Statuas) in cornibus Comisii positas, cum bello Samniti Apollo Pythius fortissimo Græcorum gentis iussisset, & alteri sapientissimo, simulacra celebri loco dicari, donec Sylla Lictator ibi Curiam faceret. Mirumque est illos patres Socrati, cunctis ab eodem Deo sapientia prælatos, Pythagoram prætulisse: aut tot aliis virtute Alcibiadem, aut quemquam utroque Themistocli. Puto Pythagoram fuisse Romanis notiozem Socrate, quia docuerit in Italia. Puto & fuisse eò acceptiozem, quia Numa fuisse Pythagoricus vulgo crederetur: qua de re Plinius ipse lib. xiiii. cap. xiv. Adi & Plutarchum in Numa.

§. 29. *Hujus Numa etiam opinio fuit, terram moveri, stare Solem calumque.*

Ac eapropter, ut Plutarchus tradit, templum Vestæ, quo ignis significatur, rotundum fecit, ad mundi imaginem, in cujus medio esset ignis ille æternus, quo repræsentabatur Solem.

§. 30. *Etiam Pythagoricus ex Romanis fuit Nigidius Figulus, gentis suæ post Varronem doctissimus.*

Quem egregium fuisse Pythagoricum, testis Tullius lib. de Universitate.

§. 31. *Quin & Iudæi Hellenistæ eum sectati;*

Ut Philo Alexandrinus, qui, ut Eusebius ait lib. xi. Histor. Eccl. cap. iv. *μάλιστα ἤ καὶ Πλάτωνα, καὶ Πυθαγόραν ἐξηλικώς ἀγαγὼν, διενεγκέναι ἅπαντας σὺν καὶ ἑαυτὸν ἰσραεῖται.* cum maxime Platonica & Pythagorica Philosophia amore arfisset, cunctos suæ ætatis exsuperasse predicatur.

§. 32. *Cavere interea oportet à quibusdam capitalibus Pythagora erroribus.*

Hinc B. Augustinus, cum impensius Pythagoram laudasset lib. xi. de Ordine, postea in primo Retractationum sic scripsit: *Nec illud placet, quod Pythagora philosopho tantum laudis dedit, ut qui hanc legit vel audit, possit putare, me credidisse, nullos errores in Pythagorica esse doctrina, cum sint plures, iidemque capitales.* In his erroribus præcipuè erat, quod animas de aliis corporibus in alia dicerent transire, quæ res μεταψύχωσις, μετασωμάτων, & παλιγγενεσία dicebatur.

cebatur. *Recidivatum anima* vocat Tertullianus: ἡ *Ψυχῆς πει-
ραπέλιον* nominat Laërtius. Hoc dogma suum proponit Pytha-
goras apud Ovid. xv. *Metam.* Arguunt autem Tatianus *Orat.*
adversus gentes. Irenæus lib. i. cap. xx. & xxiv. Item Clemens
Alexandrinus lib. iv. *Στοιχ.* Tertullianus lib. de *Anima*, inpri-
mis cap. xxviii. xxxv. & xxxii: Item Apologetici cap. xlviij.
Et de Resurrectione carnis cap. i. Origenes lib. i. contra Cel-
sum. Lactantius lib. iiii. cap. xlix, & xix. & lib. vii. cap. xxii.
Et apud B. Ambrosium lib. de Bono Mortis cap. x. Hierony-
mum, adversus Rufinum. Chrysostomum homil. i. in Ioannem
Euangelistam. Augustinum lib. x. de Civit. Dei cap. xxx. Cy-
rillum, lib. vii. contra Iulianum. Theodoretum in hæreticarum
fabularum compendio, ubi de Carpocrate, & in Epitome divi-
norum decretorum, titulo de Homine, item de Iudicio. Imò
dogma hoc deridet quoque Lucianus in vitarum austione, & in
somnia sive Gallo. Didicisse hoc dogma ab Ægyptiis, antea ex
Herodoto diximus. Fortasse tamen existimet aliquis ab He-
bræis illud hausisse: quia similia Pharisei senserint. Verùm ob-
stat temporum ratio, cùm Pharisei sint juniores Pythagora, ut
mittam quod illi solas bonorum animas putarint in alia corpora
transire, idque ad breve tempus, ut facilis sit iis in vitam reditus:
malorum autem animas censeant perpetuis suppliciis puniri.
Quâ de re Josephus lib. xvi. i. *Antiq.* cap. ii. & de bello Iu-
dæico lib. ii. cap. vi. ii. Ut ab errore Pharisæico fuerit, quòd
Herodes putarit Ioannem Baptistam, quem capite trun-carat, in
Christo revixisse. Propter hanc de *μετεμψυχώσεως* sententiam La-
ctantio Firmiano lib. ii. de falsa sapientia cap. xvi. ii. appella-
tur senex varius, & falsus Euphorbi successor. Sed enim Ioan-
nes Reuchlinus *Artis Caballisticæ* lib. i. existimat, quando do-
ceret Pythagoras animam timidi subire feminam, crudelis feram,
libidinosi suam, levis avem, pigri piscem, nempe ob morum si-
militudinem, non hæc dixisse quòd ita sentiret, sed putasse ut
pueros solent multi mendaciolis terrere, sic stultum vulgus, quod
non multò plus pueris sapit, fabellis huiuscemodi à vitiis deter-
teri oportere.

§. 33. *Dogma μετεμψυχώσεως secutus etiam Empedocles*
Agri-

Agrigentinus ; ut omnino Pythagoricis accensendus videatur.

Nam se canit prius fuisse & puellam, & puerum, & fruticem, & avem, & piscem. Versus eos refert extremo lib. vii. Idem ostendunt versus in Pythagoræ laudem scripti, quos adducit Porphyrius in vita Pythagoræ, & Iamblichus ejusdem vitæ cap. xv. Vti & duos priores Laërtius in Empedocle. Atque hæc confirmant opinionem Laërtii, qui Pythagoricum fuisse ait.

§. 34. *Secutus est Plato in Phædone.*

Quod B. Irenæo imposuit lib. ii. cap. lxx. ubi tradit Platonem Atheniensem prius hanc sententiam introduxisse. In quo planè falli, ostendunt quæ de Pythagora diximus.

§. 35. *Atque hoc μεπιψυχώσεως dogma in causa esse creditur, cur Pythagorei carnibus abstinere: Nempe ne ignari forte comederent parentes, avos, aliosve consanguineos.*

Videre hoc est ex sermone Pythagoræ apud Ovidium xv. Metam. Atque hanc causam etiam allegat post Clementem Origenes lib. iv. contra Celsum, & Hieronymus lib. ii. adversus Jovinianum.

§. 36. *Verum fortasè illi verisimilins, qui hoc putant solum fuisse ψεῦδος, sive pretextum.*

Censet id Diogenes: cujus interpres pravè ψεῦδος vertit *fabulosum*. Veram autem causam censet Laërtius, quia sic homines adsuescerent cibis, qui magis sint parabiles; ac quia res ea augeat corporis sanitatem & ingenii acumen, cum vapores carniū mentem offuscent atq; obnubilent. Quod etiam apud Clementem legas Pædagogi lib. ii. Vide quoq; Iamblichum in vita Pythagoræ qui paulo aliter. Addunt alii, quia si homines sint misericordes erga bestias, longè erunt mitiores erga homines. Quam rationem legas apud Plutarchum illo commentario de Utilitate ex inimicis capienda: Item illo, utra animalia sint prudentiora.

f

§. 37. *Imò*

§. 37. *Imò nec satis convenit, an Pythagoras animalium omnium esu abstinuerit.*

Porphyrus lib. 1. περὶ ἀσκήσεως ἐμφύχων: Ἰσχυρὰ δὲ πινεὶ καὶ αὐτὸς ἀπέχεσθαι τῆς ἐμφύχων Πυθαγορείως, ὅτι ἴσως ἴσως. Sunt qui patere Pythagoreos ipsos non omnino ab animatis abstinuisse, cum sacrificarent Diis. Laudat ejus rei auctorem Hermachum Epicureum. Atque idem Porphyrius sive Malchus in vita Pythagore ait, eos sacrificasse κίλωνος εἶδος καὶ τῆς χοίρων σφῶ ἀπλωπίτης, gallinas, & teneriores percellas. Sed antiquiorem testem dabo, Aristoxenum Musicum, Aristotelis discipulum: de quo sic Gellius lib. IV. cap. XI; Porculus Pythagoram minusculis & hœdis tenerioribus victitasse, idem Aristoxenus refert. Quam rem videtur cognovisse ex Xenophilo Pythagorico, familiari suo, & ex quibusdam aliis natu majoribus, qui ab ætate Pythagora hanc multum aberant. Ac de animalibus Alexis etiam poeta in comœdia qua Pythagora vita inscribitur, docet. Postea refert, ut Aristoteles quoque prodiderit Pythagoricos non abstinuisse edundis animalibus, sed pauca quadam carne; ut vulva, & corde, & urtica marina, & hujuscemodi nonnullis, cæteris verò usos esse. Atque hoc de Aristotele scriptum ait à Plutarcho libro primo de Homero. A quo etiam in symposiacis dicatur, abstinuisse eos pisciculis quibusdam. Paulum abiit Athenæus lib. VII. ubi ait; οἱ Πυθαγορεῖοι τῆς μὲν ἀλλων ἐμφύχων μετελίσσονται, πρὸς δὲ καὶ ἴσως: ἰχθύων μόνων ἢ γάβρονται τὸ πρᾶγμα. Pythagorici modicè aliis quidem animatis vescuntur, quadam etiam sacrificant; solos omnino pisces, ne gustant quidem. Ac de piscibus causam addit, non eam quidem, quia sic fortasse comederent majores suos, sed aliam symbolicam: nempe Ἀπὸ τῶν ἰχθυοειδῶν θεῖον γὰρ ἡγῶν τῶν σιωπῶν. Quia silentium colunt: taciturnitatem enim rem esse divinam existimant.

§. 38. *Ridiculus etiam ille Pythagoræ error, quod diceret par esse scelus comedere fabas, & capita parentum.*

Quod Pythagoram dicentem apud inferos Lucianus inducit. Eandemque sententiam tribuit ei quoque Chrysothomus homil. I. in Euang. Iohan. Nec dubium quin respexerit uterque hunc versum, qui est apud Clementem lib. III. Σελῶμ. Ἰσὺν τι κούμους τρώγειν, κεφαλὰς τε πατέρων. Par est quippe fabam, atque caput corrrodere patris.

patris. Videtur autem esse Empedoclis, qui Pythagoræ fuit auditor. Sanè Empedoclis est iste apud Gellium lib. IV. cap. XI.

Ἀσπλοὶ πῦροιοι, κνᾶμον δαπὸ χεῖρας ἔχουσι.

Ter miseri, nolite fabas attingere dextris.

Qui versus fortasse illum à Clemente adductum proximè antecellit.

§. 39. *Fortasse tamen; cum Pythagoras & Empedocles fabis jusserint abstinere, symbolicè sive Enigmaticè intelligi id voluerint. Magna enim autoritatis scriptores tradunt, Pythagoram ipsum minimè fabis abstinnisse.*

In his est Aristoxenus Musicus, Aristotelis auditor, qui in libro, quem de Pythagora reliquit, nullo sapius legumento Pythagoram dicit usum, quàm fabis, quoniam is cibus, & subduceret sensum alvum, & levigaret. Auctor Gellius lib. IV. cap. XI. qui & verba Aristoxeni adscribit, atque addit, eos qui diligentius rem scrutati, putare, ab Empedocle per κνᾶμος signari testiculos, quasi εἰς τὸ κνᾶν δειρῆς, καὶ αἶμος ἔκνᾶν: ac propterea non à fabulo edendo, sed à Veneris proluvio voluisse eum homines abducere.

§. 40. *Παράδοξον quoque, quod Pythagorici ignem statuerent in medietullo mundi.*

Nempe quia nihil igne præstantius, eò, ut omnia fervaret, hunc locum illi tribuerunt, teste Aristotele lib. II. de Cælo, cap. XIII. atque addit vocasse Διὸς Φυλακὴν Ἰοῦνις custodiam. Multoque ante Pythagoram natum ita sensisse Numam Pompilium, testis Plutarchus in ejus vitâ: ubi refert eò Vestæ templum fecisse rotundum, inque medio ejus statuiffe ignis custodiam, qui Solis Symbolum.

§. 41. *Item cabum, & stellas stare, terram movere crediderunt.*

Quæ & est sententia Aristarchi Samii: ut est apud Archimædem in Arenar. Non satis verò apertum est, utrum is Pythagora antiquior, an recentior fuerit; Sed Pythagoricos ita censuisse auctor nobis Plutarchus in Numa, ubi tradit, eos non putasse immobilem,

mobilem, sed esse in gyrum circa ignem suspensam. Quòd si Laërtium audimus, primus Philolaus Pythagoricus tradidit τὴν γῆν κινεῖσθαι ἐκ κύκλου. *Terram moveri in orbem.* Sed addit alios id inventum tribuisse Hicetæ Syracusio. De quo & Cicero hoc pacto in IV. Academicatum Quæstionum. *Hicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, caelum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censet: neque præter terram rem ullam in mundo moveri.* Ibidem, ut & apud Plutarchum in Numa, legas, Platonem hoc sensisse jam senem. Nec mirandum, quandoquidem ab Archytà Tarentino, & Timeo Locrensi Pythagora doctrinà eruditus, ut est apud B. Hieronymum apolog. adversus Rufinum. Etiam ex antiquis aliis constat, idem sensisse Seleucum. Uti & eam Cleanthis Samii sententiam fuisse, atque item Leucippi, ut de Heraclide & Ecphanto taceam. Majorum ævo hanc sententiam, quasi ab Orco fuscitavit in Italia Nicolaus Cusanus S. Petri ad vincula Cardinalis lib. I I, cap. XII. doct. ignorant: atque animosius octoginta post annis defendit Nicolaus Copernicus, qui circa annum 1540. opus suum Paulo III. Pontif. M. sacravit. Eum secuti Christophorus Rothmannus, Wilhelmi Landgraviæ Hassiæ mathematicus, Michaël Maestlinus, Matheseos prius Heidelbergæ, Tubingæ postea professor. Johannes Keplerus trium Cæsarum Rudolphi, Matthiæ, Ferdinandi, Mathematicus. David Origanus, Francfurti ad Viadrum professor mathematicos. In Magna Britannia, Guilhelmus Gilbertus Colcestrensis, Londinensis medicus. In Italia Patricius, Galileus, Foscarius. Et quid omnes enumerare attinet; Damnata hæc à Cardinalibus Romæ sententia anno 1616. Sed hodieque à multis fortiter ac feliciter propugnatur.

§.42. *Lysis Pythagoricus præceptor fuit Epaminonda.*

Hic ejus institutione non Thebanorum modò, sed omnium Græcorum suæ ætatis princeps evasit; ut refert Diodorus Siculus in Excerptis * ab Henrico Vallesio editis è Constantini Porphyrogenetti Collectaneis.

§.43. *Sextus Pythagoricus Philosophus scripsit Enchiridion sententiarum, quem Latine vertit Rufinus.*

Editus hic tractatus aliquoties in Germania cum præfatione Rufini ad Apronianum, in qua dicit Sextum hunc Pythagoreum eundem.

eundem esse, atque sit Sixtus sive Xystus Papa & Martyr. Verum istum errorem jam olim castigavit Hieronymus in Hieremiam lib. IV, cap. XXI. Vide quæ olim de hoc opusculo scriptimus lib. I. Hist. Pelagianæ cap. XXXI.

§.4. *De Pythagoricis multi olim scripsere, qui hodie non exstant. In his fuere Aristoteles, Numenius, Cronius, Moderatus, Thrasyllus, & clarior omnibus Plotinus.*

Aristotelem librum scripsisse περὶ Πυθαγορείων, uti & alium περὶ Πυθαγορείων, autor nobis est Laertius. Theo Smyrnæus lib. I. Mathematicorum cap. v. citat Aristotelem ἐν τῷ Πυθαγορικῷ. De aliis, quos dixi, sic Porphyrius scribit in vitâ Plotini: Ὅς μὲν Πυθαγορείων δόχῳ καὶ Πλατωνικῶς ὡς ἐδόκει, περὶ σαφείων ἢ περὶ αὐτῶν καὶ ἑρμηνεύμενοι ἐξήγησιν, εὐδὲ ἐγγύς τε τὰ Ἐ Numenίου, καὶ Κρονίου, καὶ Μοδεράτου, καὶ Θεοδοσίου τοῦ Πλωτῖνος περὶ ἑ αὐτῶν συγγραμμάτων εἰς ἀκρίβειαν. Qui (Plotinus) principia philosophiæ Pythagoricæ ac Platonica clariùs, ut videtur, quàm omnes, qui tempore præcesserant, exposuit: neque scripta Numenii, Cronii, Moderati, & Thrasylli, accedunt ad accuratam Plotini diligentiam.

CAPUT VII.

DE SECTA ELEATICA.

§.1. **E**leatica secta auctorem habet Xenophanem Colophonium: sed res quidem ac dogmata à Xenophane, qui Colophonius erat; Eleatica verò nomen à discipulis ejus Parmenide & Zenone, Eleatis.

Cicero lib. IV. Acad. Quæstion. Nobilis disciplina hujus, ut scriptum video, princeps Xenophanes, quem modò nominavi: deinde eum secuti Parmenides & Zeno. Itaque ab his Eleatici philosophi nominabantur. Nomen id ab Ἐλεῖα, sive Veliâ Lucanorum oppido: Vixit Xenophanes tempore Hieronis, regis Siculi, & poëtæ Epicharmi, ut indicat Clemens: sive temporibus Anaximandri, ut Iex Sotione refert Laërtius. Nempe circa LX. Olymp. Sunt qui neminem audiisse dicant: alii Botonem Atheniensem, vel Arche-laum, Socratis magistrum audiisse arbitrantur.

§. 2. *Quamquam verò Xenophanes scripserit versibus, non tamen mythicam secutus est philosophiam; quippe qui adversus Homerum & Hesiodum scripserit, eosque riserit, quòd talia de diis prodidissent. Nec Ionicam vel Italicam philosophiam probavit, cum Thaletis ac Pythagora opinionibus contraria tradiderit. Epimeniden etiam Pythagora discipulum sugillavit. Nullo usus magistro dicitur, etsi non desint, qui putent audisse Bottonem Atheniensem, vel Archelaum, Socratis magistrum; vel Pythagoricos Parmeniscum, & Orestadem, sed ab iis defecisse.*

Auctor Laërtius. Ex quo etiam sicuti & ex Hesychio Illurri cognoscimus, statuisse quatuor elementa, mundos innumeros; nubes fieri, cum vapor è sole evehctus cogitur; animum esse spiritalis naturæ; Deum esse formæ rotundæ, nec quicquam cum hominibus commune habere, sed totum videre, totum audire; non tamen respirare; esseque pariter mentem, prudentiam, æternitatem. Compluria hujus Xenophanis invenies apud Sextum philosophum, & Athenæum: paucula apud Stobæum, & Laërtium.

§. 3. *Xenophani discipulus Parmenides fuit.*

Cujus argumenta habes apud Platonem, Theophrastum, Plutarchum, Sextum Empiricum, Clementem Alexandrinum, & Proclum; tum illa quæ in poësi philosophica collegit H. Stephanus.

§. 4. *Nec is Xenophanis semper vestigiis institit. Ut qui, cum magister quatuor elementa tradiderit, ipse duo statuerit, ignem, & terram, quorum ille opifex, hic materies foret.*

Puto autem ignium nomine Solem, ac sidera signasse: Ut quæ hominum generationem tribuerit Soli. Idem primus terram dixit globosam, inque medio sitam.

§. 5. *Discipulos hic habuit Melissum, & Zenonem Eleasem.*

Quorum

Quorum ille Univerſum hoc infinitum, & immobile putabat, deque diis nihil ſtatuendum credidit, ob obſcuram atque incertam eorum notitiam : alter plures ſtuit mundos, vacuum negavit, generationem eſſe ex miſtura quatuor primarum qualitatum, atque animam etiam harum temperamento originem debere.

§. 6. Zenonem Eleatem audivit Leucippus, ſive is Mileſius, ſeu Eleates, vel Abderita fuit, qui primus ſtuit omnia fieri ex atomis inter ſe complicatis.

Dogma hoc pleniùs explicat Laertius, & qui eum exſcripſit Heſychius Illuſtris. De eo ſic Galenus ſive Aëtius $\text{Μετὰ τὴν Φιλοſοφίαν Ἰσορίας}$: Τύτῃ δ' Ἀδίκκιπῶν ὁ Ἀδδερίτης ἀκουſίης, πλὴν τῶν ἀτόμων ὄρεσσιν Ἰππενόδηκε πρῶτον. Clementi Alexandrino in Propemptico dicitur Mileſius, ac poſuiſſe $\text{δὲ χάς, τὸ πλῆρες, καὶ τὸ κενόν}$. De eodem ita Epiphanius $\text{Ἀδίκκιπῶν ὁ Μιλήσιος, ἧ δὲ πινὰς Ἐλεάτης ἡ δὲ ἐραſτικός ἐν ἀπίερω}$.

§. 7. Leucippus, Anaxagora equalis primus continui diſiſionem finiit in quibusdam particulis individuis : quas Graeci ἀτόμους vocant. Ab eo has accepit Democritus, ab illo Epicurus.

Laertius in Leucippo : $\text{Ἀδίκκιπῶν πρῶτον ἀτόμους δὲ χάς ἐπέσησεν}$. Leucippus primus atomos principia ſubjecit. Lactantius lib. 111. Inſtitut. Vbi ſunt, aut unde iſta corpuscula ? cur illa nemo, prater unum Leucippum ſomniaſcit ? à quo Democritus eruditus, hereditatem ſtultitiae reliquit Epicuro. Interim & Empedocles praevit Epicuro. Saltem ejuſdem fuiſſe ſententiae, auctor eſt Ariſtoteles lib. 1. de Generatione cap. 1111. & Plutarchus lib. 1. cap. xxiv. de Plac. Philoſ. Imò & Anaxagorae mens illa, ut Laertius docet in ejuſce philoſophi vita. Sed Epicurus imprimis hoc dogmate celebratus : unde Seneca lib. 111. de Beneficiis cap. 1111 : *Te atomi, & iſta micatus, forte ac remeand conglabaverunt.*

§. 8. Leucippum in Phyſicis audivit Democritus Abderita, ſed idem à Magis & Chaldeis Theologiam didicit & Aſtrologiam, Geometriam verò ab Aegyptiis.

Non-

Nonnulli etiam cum Gymnosophistis India, & Ethiopia versatum dicunt: Vir jure magni nominis, ut dicitur Celfo lib. III. cap. V.

Planè enim ut Laertius ait, in philosophia habitus fuit *πένταθλος*: ut qui junxisset, τὰ φυσικὰ, τὰ ἠθικὰ, τὰ μαθηματικὰ, τὸ ἐγκυκλίως λόγος, καὶ εἰς τέχνων πᾶσων ἐμπειρίαν. *scientiam naturalem, moralem, mathematicam, humanitatis disciplinarum orbem, & omnium artium peritiam.* Postea quæ in singulis horum scripserit commemorat. Magnum illud in Democrito, quod cum centum talenta, & amplius possideret, omnia præ philosophiæ studio contempserit, paucisque reservatis Herodoto & Damaso fratribus, vel ut alii, patriæ, cætera donarit. Qua de re, præter Laertium, Hefychium Illustrem, Suidam; etiam Val. Maximus lib. VI II, cap. VI I. Ælianus Var. Hist. lib. IV. cap. XX. ac tangit quoque hoc Philo *περὶ βίης Ἰερωνικῆς*. Apud Suidam fratrum alter *Δαμάσιος* vocatur: sed Damascus is dicitur Laertio, Hefychio, ac Plinio quoque lib. XVI II, cap. XXXV.

§. 9. De rerum naturâ ita sensit, primordia omnium esse ab Atomis, & inani.

Nam atomos, quæ infinitæ sint, per inane agi, & iis coagmentatis, genita quoque esse Solem, & Lunam, ipsamque animam humanam. Democrito, Epicuro, atque aliis quibusdam omnis motus causa est ab atomis. Gassendus epist. 4. de Apparente magnitudine Solis humilis & subtilis, pag. 168. Atomi illi sunt Corpuscula nulla naturæ vi secabilia, solida interim. Atomis tres proprietates: una Magnitudo sive corpulentia, exilissima licet, tamen aliqua: altera Figura sive varietas innumera: tertia Pondus sive impetus, quo rapitur velocissimè.

§. 10. Finem vita statuebat τὴν εὐθυμίαν, sive tranquillitatem, quæ illi δεισὼ, quasi bonus rerum status, vel αἰετὼ, quasi perpetuus rerum status, vocabatur.

Auctores Laertius & Hefychius Illustres. Harpocratio in lexico Rhetorum: καὶ δεισὼ ἢ δεισιμονία καλεῖται. Adi Hefychium in lexico, & Suidam in αἰετὼ & δεισὼ.

§. 11. Mul-

§. II. *Multa Democritus scripsit, qua Thrasyllus & Laërtius sic digessere, ut alia sint ἰθικά, alia φυσικά, alia μαθηματικά, alia μουσικά, sive ad ἑγκυκλίους λόγους pertinentία, alia περὶ κλά.*

Suidas ex his præter epistolas genuina fuisse ait μέγαν Δίξισμον, sive magnam mundi gubernationem, καὶ τὸ περὶ φύσεως ἔργον, sive opus de naturâ mundi. Sed prius opus Leucippi esse tradidit Theophrastus. Genuinis verò Laërtius addit τὸ μικρὸν Δίξισμον, parvam mundi gubernationem. Ex scriptis Democriti pauca adducit Laërtius, & Clemens Alexandrinus: plura Sextus Empiricus: longè plurima Stobæus. Τὸν μικρὸν Δίξισμον ab se compositum scripsit Democritus annis à Trojæ excidio ΙοϞϞϞϞ. Apud Laërtium interpretem Ambrosium habes annum quingentesimum trigésimum. Sed Græcè est τελέαντη καὶ ἐπὶ τῶν σφαιρῶν. Quæ vera est ratio. Nam juxta Eratosthenem ab Troia capta usque ad primam Olympiadem sunt anni ϞϞϞϞϞϞ. His addas oportet annos ϞϞϞϞϞϞ, ut ita confiant anni ΙοϞϞϞϞϞ. Id erit Olympiade LXXXIV, quâ bellum Samium cœpit duce Pericle. Eo tempore Democritus Democriti pater potuit epulum dare exercitui Xerxis: cujus Δίξισμος contigit initio Olympiadis LXXV, ut est apud Eusebium in Chronicis, & Thomam magistrum. Ipseque tempore Socratis Democritus fuit, quem & Athenis vidit, sed agnosci ab eo noluit: ut est apud Laërtium. At Suidas auctor est Olymp. LXXVII. vel juxta alios LXXX. Malim, ut dixi, addere quatuor Olympiadas. Nam Olymp. LXXVII natus Socrates, ut Laërtius ex Demetrio Phalereo ait: Hippocrates autem Olymp. LXXX, ut ex Ischomacho in Hippocratis vita refert Soranus. At constat horum temporibus Democritum fuisse.

§. 12. *Tantus tamen vir effugere non potuit, quò minus ab Epicuro, pro Democrito Δημόκριτος, vel potius Δημόκριτος diceretur.*

Prius fit à Δίξισ, sive nugis, quasi dicas nugarum censorem: alterum à λήμῃς, sive gramîâ, quæ lippitudinem conciliat, atque oculis quasi caliginem affundit, unde proverbium Κρονικαὶ λήμῃς Saturnia lens. Apud Diogenem & Hesychium Milesium est λη-

50 DE PHILOSOPHORUM SECTIS.
 εδκειτ⊙ : Sed Laertii Interpres Δημόκλειτ⊙ legit. Et venustior
 ita fuerit paranomasia, cum hoc propius abeat à Δημόκλειτ⊙. Ac
 placuit id quoque Hadriano Junio.

§. 13. *Democriti auditor fuit Protagoras, cum prius ba-
 julus fuisset.*

Vide Athenæum lib. VIII. & Suidam. Item Gellium lib. v.
 cap. III.

§. 14. *Ex Democriti familia fuit Bion Abderita mathe-
 maticus, qui primus docuit, esse regionem, ubi sex
 mensibus dies, ac totidem esset nox.*

Auctores Laertius in Δημόκλειτ⊙, & Hesychius Ill. in Βίον.

C A P. VIII.

DE SECTA EPICUREA.

§. 1. **P**ost Eleaticam sectam de Epicureâ agemus, quia ex
 Eleaticâ maximè profuxit.

Hujus conditor Epicurus fuit Olympiadis G I X. anno tertio,
 septennio post Platonis excessum. Obiit autem anno secundo
 CXXVII. Olympiad. cum vixisset annos LXXII. Nemini plus de-
 buit quàm Democrito, qui sectæ erat Eleaticæ, ut vidimus.
 Hinc Cic. in primo de Nat. Deorum. *Democritus vir magnus in pri-
 mis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit. Antea quoque di-
 xerat; In Democritum ipsum, quem secutus est, fuit ingratus.*

§. 2. *Epicurus Rhetoricen contempsit, ut qui omnem ser-
 monis laudem in sola perspicuitate collocaret.*

Laertius in Epicuro : *Κέχρηται λέξει κυρία ἢ ἡ περὶ πραγμάτων, ἢ
 ὅτι ιδιωτάτη ἐστίν, Δεισοφάνης ὁ Γεωμετρικὸς αἰτιάται. Dictione utitur
 propria, & rebus accommodata; quam quia simplicissima est, Aristophanes
 Grammaticus reprehendit. Imò Epicurus orationis ornamenta ne-
 glexit, ut ait Cicero lib. 1. de Finibus. Neque literas didicerat, ut
 ait B. Hieronymus epist. ad Magnum. Dictionem hauserat, ut
 Cleo-*

Cleomedes ait lib. 1. Meteorolog, ἐκ χαμηλοτυπίων, καὶ δὸν μίσις
 ἔσθ' ὁσδοχῆς, ex prostibulis, & mendicabilis.

§. 3. *Dialecticem etiam parvo habuisse loco dicitur.*

Laertius in Epicuro: τὴν Διλεκτικὴν, ὡς παρίλκυσαν, δὸνδο-
 μιμάζουσι ἀρνεῖν δὲ σὺν Φουσιῶς χωρεῖν καὶ σὺν τῶν πραγμάτων Φθόγους
Dialecticam, tanquam pervertentem, repudiant. Ajunt enim sufficere Phy-
sicis simplicia vocabula. Etiam B. Hieronymus adversus Rufinum
 ait: *Quoniam Stoici Logicam sibi vindicant, & tu hujus scientia delira-*
menta contemnis, in hac parte Epicureus es. Et hujus stuporis argu-
 mentum esto, quod negaret, contradictoriarum alterutram esse
 veram. Unde Cicero lib. 1. de Natura Deorum; *Totum hoc, aut*
etiam, aut non, negavit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius?

§. 4. *In Physicis maximè amplectebatur, dogmata Ana-*
xagora: sic tamen ut in quibusdam dissentiret.

Testis Laertius, atque addit, Archelaum, qui Socratis magi-
 ster fuit, tanti ab eo habitum esse, ut discipulos juberet ejus scri-
 pta memoriter ediscere. Ea fuisse potissimum de rerum natura,
 exinde colligo, quod Socrates primus dicatur Moralem philoso-
 phiam serid tractasse.

§. 5. *Atomus verò suas accepit à Leucippo, & Democrito.*

De Leucippo sic Lactantius lib. de Irâ Dei: *An solus Leucippus*
oculos habuit? solus mentem? qui profectò solus omnium cæcus, & excors
fuit: qui ea loqueretur, qua nec ager quisquam delirare, nec dormiens pos-
sit somnare. Quatuor elementis constare omnia philosophi veteres disere-
bant. Ille noluit, ne alienis vestigiis videretur insistere: sed ipsorum ele-
mentorum alia voluit esse primordia, qua nec videri possint, nec tangi,
nec ullâ corporis parte sentiri. Tam minus sunt, inquit, ut nulla sit acies
ferrî tam subtilis, quâ secari ac dividi possint: unde illis nomen imposide
atomorum. Democritum verò, ut ipse vocabat, *πενταεργίαν*, q. d.
 omnium seminarium atomorum & punctorum docuisse, satis
 constat. Ac prævisse in hoc Epicuro, Metrodorus & Epicu-
 reorum alii agnovere. Etiam Democritum sequi solere, auctor
 est Cicero lib. 1. de Nat. Deor: Verba ejus initio capituli adduxi-
 mus.

§. 6. *Interim sic contemnebat Dialecticam, ut in ejus locum substitueret Canonicam. De hac erat Epicuri liber qui κατὰ τὴν inscribebatur.*

Is fuit, ut Laertius ait *Ἐπὶ κατὰ τὴν, καὶ ἀρχῆς, καὶ στοιχείων.* De judicii norma, & principio, & opus prima tradens elementa. Eo docebat normam omnis judicii, non rationem esse, sed sensum. Quo pertinet Ciceronis illud libro I. de Natura Deorum; *Timuit Epicurus, ne si unum visum esset falsum, nullum esset verum. Omnes sensus veri nuntios dixit esse.*

§. 7. *Mathesin quoque insuper habuit.*

Unde, ut Plutarchus ait libro contra Epicurum; philosophum quendam nomine Apellem, eo nomine laudabat, quod ab adolescentia nunquam esset contaminatus disciplinis mathematicis.

§. 8. *In Physicis verò & Ethicis, magnus omnino suis visus fuit: qui eum hic solum perspexisse veritatem, philosophorum alios tanquam umbras circumvolitare judicant.*

Audiamus de eo Epicureum Lucretium lib. III:

*Tu pater, & rerum inventor, tu patria nobis
Suppeditas praecepta, tuisque ex, inclyte, chartis.
Floriferis ut apes in saltibus omnia libant;
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea perpetuâ semper d'znissima visa.*

Ejusdem sunt ista de Epicuro;

*Qui genus humanum ingenio superavit, & omnes
Restinxit stellas, exortus uti at herens Sol.*

Quos versus cum attulisset Lactantius lib. III. Instit. subjungit. deinde: *Hos equidem versus nunquam sine risu legere possum. Non enim de Socrate, aut Platone hoc saltem dicebat, qui velut reges habentur philosophorum: sed de homine, quo sano & vigente, nullus ager ineptius detrahit. Itaque poeta inanissimus leonis laudibus murem non ornavit, sed obruit & obrivis. Tria hæc in Epicuro, ut præcipua jungit Nazianzenus Orat. XXIII. quæ in laudem Heronis Alexandrini:*

Τὸ αὐτὸ

Τὸ ἀτόμων Ἐπιπέρα μὲν τῶν ἀτόμων καὶ τῶν ἰδίων. *Epicuri casum, ac temeritatem, unà cum atomis, & voluptate.* De Epicuro per multa Fro-mundus in Labyrintho, sive de Compositione Continui, cap. VII. p. 25. & seqq.

* p. 412.
edit. Mo-
relliano.
an. 1609.

§. 9. *Imò sectatores admiratione illius, quolibet mense, natali ejus sacrificabant, idque die vigesimo: unde ferias hasce vocabant enūdas. Tantus quoque Epicureis amor magistri fuit, ut ejus imaginem annulo insculptam, boni ominis causa, quocunque circumferront.*

Auctor Plinius lib. xxxv. cap. 11.

§. 10. *Imò ipse etiam Epicurus magnificè aded de se sensit, ut neminem diceret doctum, vel sapientem, prater se, vel eos, qui ex schola sua prodirent.*

Sic quidem de eo Plutarchus lib. contra Epicurum;

§. 11. *Multum verò hunc typhum fovit: quod deficientibus sectis aliis persisteret Epicuri schola, semper succedentibus aliis atque aliis.*

Quo nomine etiam Diogenes hanc scholam prædicat; negat Lactantius: sed audiamus quo pacto huic occurrat lib. 111. Institut. *Epicuri disciplina multò celebrior semper fuit, quàm cætorum: non quia veri aliquid adferat, sed quia multos populare nomen voluptatis invitat: nemo enim non in vitia pronus est.*

§. 12. *Universam verò Epicuream naturæ scientiam complexus est sex libris Epicureus Lucretius.*

Iis enim libris versibus elegantissimis expressit quæ de natura tradiderat Epicurus libris triginta octo.

§. 13. *Ex hocce etiam Lucretiano opere videmus, quod Canonica contenderat, omnia sensibus dijudicasse. Adeo: ut ne Solem quidem, vel Lunam majorem putaret, quàm videretur.*

De Solè sic Lucretius lib. v:

*Nec nimio Solis major rota, nec minor ardor
Esse potest, nostris quàm sensibus esse videtur.*

Ac mox de Luna subdit ;

*Lunaque sive notho fertur loca lumine lustrans,
Sive suam proprio jactat de corpore lucem,
Quicquid id est, nihilo fertur majore figura,
Quam nostris oculis, quam cernimus, esse videtur.*

Itaque, (ut lib. 1. Μεταβολογ. ait Cleomedes) etiam fatebantur Epicurei majorem esse Solem mane, quàm meridie, quia sic sensui videatur. Οὐδὲν ἔστιν ἀλογώτερον, quo nihil magis est à ratione alienum. Nam ut rectè ait idem, eodem tempore Sol aliis oritur, aliis in meridie est. Unde consequeretur, aliis esse bipedalem, aliis tripedalem.

§. 14. *Et quàm ridiculum etiam, quod crederet Solem manè semper accendi, vesperi Oceani aquis exstingui ?*

Nam Mæthios gustum habentibus, quam ille aspernabatur, cæcis liquet, eodem tempore aliis Solem oriri, aliis occidere.

§. 15. *Quod ad moralem philosophiam attinet, Epicurus summum bonum posuit in voluptate; sic ut prima & ultima, ei actionum omnium causa esset delectatio ex bono, quo animus fruitur, proveniens. Vbi si summum bonum vel omnino, vel præcipuè voluptate corporis metiebatur, horti illi Gargettii, etiam in morali philosophiâ venenorum, quàm salubrium herbarum fuerint feraciores.*

Quid enim manifestius, quàm voluptates corporis esse nobis cum bestiis communes? imò plus eas habere fellis, quàm mellis?

§. 16. *Sed multorum ea sententia est, sensisse cum Eudoxo. Et videtur pro hac sententia facere epistola Epicuri, de morali philosophiâ. Ac certius de totâ re constaret, si superessent alia, quæ Epicurus hoc de argumento scripsit.*

Uti de vitis, item epistolæ, & opus de Fine. Addo & deperditum

ditum illud opus, quod de Epicuri philosophiâ Latinis retulit literis C. Amasianus; quamquam vulgari sermone, nullaque arte adhibitâ: ut cognoscere est ex primo Ciceronis Academicarum quæstionum libro. Atque idem Amasiani hujus meminit quoque lib. iv. Academicarum Quæst. De vitâ Epicuri non uno omnes modo scripsere. Alius qui sectæ forent, traducunt eam, ut foedissimis voluptatibus immerfam. Sed qui cum eo versati, aut sectam ejus postea amplexi, ajunt fuisse admodum pium in Deos, patriam, & parentes: beneficum in fratres, amicos, servos: gravem, ac temperantem, & simplicissimis ac vilissimis cibus, & parcissimi vini poculo, imò solo pane cibario & aquâ contentum: sic ut epulari sibi videretur, si paulum haberet casei *κωδαινης* (leg. *κωδαινης*) ut ipse in epistolis refert. Quàm etiam laboriosa ejus fuerit vita, indicio illud erit, quod nullus philosophorum plura scripserit: trecenta enim volumina reliquit: in quibus nullum foris testimonium arcessierit: quam industriam cùm æmulus ejus Chrysippus æquare conaretur, testimoniis coactus est libros infercire, multa que tumultuariè & inemendatè scribere.

§. 17. *Vicumque hoc est, fœdus ille & pestilens est Epicuri error, quod negaret Deum curare mortalia.*

Cicero in primo de Nat. Deorum: *Epicurus ex animis hominum extraxit radicem religionem, cùm Diis immortalibus & opem & gratiam sustulit. Cum enim optimam & præstantissimam naturam Dei dicas esse, negas idem esse in Deo gratiam: tollit id, quod maxime proprium est optimæ præstantissimæque naturæ: Quid enim est melius, aut quid præstantius bonitate, & beneficentiâ? quâ cum carere Deum vultis, neminem Deo, nec Deum, nec hominem carum: neminem ab eo amari, neminem diligere vultis.*

§. 18. *Item nihil eo turpius errore, quod putaret, animas simul cum corporibus interire.*

Itaque & Petronius Arbiter, qui erat Epicureus, (ut mox dicam) mori proximus audiebat, referentes nihil de immortalitate animæ, & sapientum placitis; sed levia carmina, & faciles versus.

§. 19. *Mâ-*

§. 19. *Maledicus etiam in omnes fuisse traditur.*

In Epicuro certè licet patriâ esset Atheniensis, requirebant veteres nasum Atticum; & quoniam ineptus erat ad jocandum, Ciceroni 11. de Naturâ Deorum dicitur: *Homo minimè respiciens patriam.* Neque hoc tantùm; sed idem Cicero 1. de Nat. Deorum amplius refert ut *Epicurus contumeliosissimè Aristotelem vexarit: Phadoni Socratico turpissimè maledixerit: Metrodori, sodalis sui, fratrem Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus conciderit: in Democritum ipsum, quem secutus est, fuerit ingratus. Chrysippum nunquam nisi Chesippum vocabat.*

§. 20. *Hanc ejus maledicentiam imitatus quoque Zeno Epicureus.*

Cicero lib. 1. de Nat. Deor. proximè ante verba allata: *Zeno quidem non eos solùm, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, ceterosque fugebat maledictis, sed Socratem ipsum, parentem philosophia, Latino verbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat: Chrysippum nunquam nisi Chesippum vocabat.* Ubi cave intelligas Zenonem Eleaten Xenophanis Colophonii discipulum; vel Zenonem Cittium, Stoicæ sectæ conditorem, vel illum, qui Chrysippum audivit. Omnino enim capiondus Zeno Sidonius, qui, sectâ Epicureus, Laertio inter octo Zenonas postremò numeratur. Quod ostendunt verba à Cicerone præmissa: *Sed cum tantum Epicuri hortus habueris licentia, etiam soletis queri.*

§. 21. *Scripta Epicuri omnia deperierunt præter ternas epistolas, quas Laërtius nobis conservavit libro decimo. Atque ex his omnium certissimè de totâ ejus philosophiâ judicium ferre possumus. Compendio enim ipse omnia constrinxit.*

Adde tamen, quæ de suo adjunxit Laertius. Nec enim ulla in secta magis industriam suam probat. Ut facile appareat, quò propendat.

§. 22. *Discipulorum Epicuri clarissimus fuit Mus: servus ille Epicuri, sed qui unâ philosopharetur, summusque eâ in sectâ evaserit.*

Auctor

Auctor Laetius lib. x.

§. 23. *Etiam inter sectatores ejus Hermachus fuit.*

Hermachus Epicureus laudatur à Porphyrio lib. 1. de abstinentiâ ab animalibus, ubi & ab eo proditum ait, Pythagoreos, quando sacrificarent, non planè ab animatis abstinuiffe.

§. 24. *Lucianus quoque Epicureus fuit, amicus Celsi Epicures, qui adversus Christianos scripsit.*

Cautè itaque accipiendum quod scripsit Alciatus libro v. πικρῶν Juris, cap. 4. Lucianus Samofatenfis metuo ne haut satis justâ de causâ ἀφ' ἑσθ' apud Christianos audiat. Scio Suidam tradere eum ita appellatum, quòd in Christum debacchetur; verùm nusquam in eum maledicus invenitur, præterquam in personâ Peregrini, ubi Christum appellat Sophistam, quæ vox non solum impostorem significat, sed etiam in bonam partem sumitur. Christiani verò vocem illam æstimarunt quasi ex Luciani, non ex philosophi, in quo τὸ πικρὸν servandum erat, persona dictum fuerit. Non tamen rectè scenæ servitur, cùm de Deo agitur; eoque culpa Lucianus haut planè vacat.

§. 25. *Nec pauci Romanorum hanc sectam amplexi. In his præter Lucretium Cassius ille, qui Casarem sustulit. Etiam Maro vitam extremam destinavit philosophia Epicurea.*

Unde sic ipse in Epigrammate:

Ite hinc inanes Rhetorum manipuli, ite hinc.

Nos ad beatos vela mittimus portus:

Magni petentes docta dicta Scironis,

Vitamque ab omni vindicabimus curâ.

Atque idem videre est ex poemate, quod Ciris inscribitur: modò Virgilius ejus auctor, quod Scaliger censet. Id poemâ sic incipit:

*Esse me vario jactatum laudis amore,
Irritaque expertum fallacis premia vulgi,
Cecropius suaves exspirans hortulus auras
Florentis Soppia viridi complectitur umbra.*

h

Ubi

DE PHILOSOPHORUM SECTIS.

Ubi per hortulum signat scholam Epicuri. Nam ut in Academia Plato, in Lyceo Aristoteles, in porticu Zeno: ita in horto docebat Epicurus: unde Papinius,

Culsaque senex Gargetius horto.

Octoginta eum minis emtum ab eo, tradit Apollodorus apud Laertium.

§. 26. Etiam Petronius Arbiter hanc secutus sectam.

Quod antea dictum. Ut mirum non sit, si tam præclaro elogio ornent illum, ut patrem veri nuncupet.

Ipse pater veri doctis Epicurus in hortis

luffit, & hanc vitam dixit habere Deos.

C A P. IX.

DE CYRENAICIS, ET TRIPLICI EORUM PROPAGINE, HEGESIAICIS, ANNICERIIS, ET THEODORIIS.

§. I. EX Socratis discipulis arctè magistro adhesere Xenophon, & Eschines Socraticus, qui non condidere propriam sectam. Ex aliis varia sunt exorta secta.

Hippobotas novem esse ajebat Philosophorum sectas, Megaricam, Eretriacam, Cyrenaicam, Epicuream, Anniceriam, Theodoriam, Zenoniam sive Stoicam, Academicam, & Peripateticam, autor Suidas in *Αἱρεσις*: Atque omnes hæc, sola excepta Epicurea, quæ ex Eleatica profuxit, ex iis manarunt, qui Socratem audierant, vel gymnasia discipulorum aut sectatorum frequentarant. Atque idem judicium esto de tribus illis, quas Hippoboti, illis Suidas deinde addit, Cynica dico, Eliaca, & Dialectica. Mox & duas alias adjungit: sed quæ vix sectæ dici possint. Earum una est Pyrrhonia, quam agnoscit vix sectam videri, ut quæ nihil statuat. Altera est *ἐκλεχική*, quæ non addicat se ulli sectæ, sed undiquè excerpit, quod placet. Ex hisce sectis optima, ut postea dicam, est *ἐκλεχική*: sed maximum nomen fuit Acade-

Academicæ, Peripateticæ, Stoicæ, & Epicuræ. Quorum principes Plato, Aristoteles, Zeno, & Epicurus. Eos designat Virgilius, vel alius in Ciri:

Si me jam summâ sapientia pangeret arce,

*Quatuor antiquis quæ hæredibus * est data consors.*

Sed de Epicuræ jam egimus, Videamus de illis quæ à Socratis familia manarunt.

* melior, hæresibus.

§. 2. *Ex Socratis discipulis quinque memorantur, qui nova essent hæresios auctores. Vnus eorum fuit Aristippus Cyrenæicus, à quo dicti Cyrenæici. Postea Cyrenæica secta est divisa in Hegesiacam, Anniceriam, & Theodoriam.*

Aristippi vitam refert Diogenes: Paucula etiam de eo Hefychius. Fuit vir *φιλικώτατος*, ut ex vita ejus videre est. Successit ei in Schola filia *Ἀρήτις*, quæ à patre edocta erat: Aretæ autem filius suus Aristippus, qui eò quod philosophiam à matre didicisset, vocatus est *μητροδιδάκτος*: huic successit Theodorus *Ἀθηναῖος*, Theodoriæ sectæ conditor. Habuit præterea Aristippus (senior dico, *ἔμμητροδιδάκτου* avus) discipulos duos, Ptolemæum Æthiopa, & Antipatrum Cyrenæum. Antipatrum audivit Epitimedes Cyrenæus: hunc Paræbares: Paræbatem duo illi, Hegesias, qui *Πεισιγάνωτος* est dictus, & Anniceris, à quo Plato est redemptus. Ab Hegesia est secta Hegesiaca. De hoc & alio cognomine ago lib. 1. de Historicis Græcis p. 81. vers. 3. & seqq. Ab Anniceri Anniceria, de qua & Strabo lib. XVI I I. Totius verò successio- nis hujus autor nobis est Laërtius lib. 11.

§. 3. *Cyrenæici Physicem aspernabantur, velut obscuram & incertam: de Logice non convenit. Nam & alii eam ut inutilem contempsisse ajunt, alii verò ob usum insignem admisisse arbitrantur.*

Prius censuit Meleager in secundo de opinionibus, & Clitomachus in primo de sectis: sed alii aliter Laërtio teste.

§. 4. *Qualis eorum Ethicæ fuerit, ex eo colligere est, quod*

summum bonum ponerent in voluptate. Unde & secta hac ἡδονική dicebatur.

De fine hoc satis ex Laertio, & aliis constat. Atque inde Laertius lib. III. cap. VIII. Ajunt Cyrenaici virtutem ex eo laudandam, quod sit efficiens voluptatis. Et antea Galenus, sive alius in Hist. philos. ἡδονική ἢ δόξο ἢ τέλος ἢ κατ' αὐτὸ φιλοσοφίας. Τὸν δ' Ἀείσιππον μᾶλλον πλεῖν ἡδονὴν προσεκλήθη πινὲς ὑπειδήσαν.

Postea obtinuit, ut Epicurei ἡδονικοί vocarentur: quomodo vocant Simplicius, Ammonius, alii.

§. 5. Voluptatem autem eam intelligunt Cyrenaici, non qua in doloris privatione atque animi tranquillitate consistit, sed qua sita est in confluxu voluptatum particularium, quas quidem in animi quoque voluptatibus sitas esse confitentur, sed praecipue tamen ponebant in corpore: quia haec juxta eos sint praestantiores; cum homines non tam crucientur, si animus peccet, quam si corpus aegrotet. Imò eam quoque voluptatem inter bona reponebant, qua à rebus provenit turpissimis: nec in praesenti solum felicitate constituebant bonum, sed praeteritâ quòque & futurâ; quia & recordatio praeteritarum corporis voluptatum, & spes futurarum hominem oblectet.

Hanc earum opinionem fuisse, auctor est Laertius: Atque idem docet eandem fuisse Hegesiacorum mentem, & Anniceriorum, & Theodoriorum: ex quibus postremi opiniones de Diis omnes tollebant, ac sapientem aiebant loco & tempore opportuno, etiam adulterium & sacrilegium commissurum, sineque pudore publicè congressurum cum scorto.

§. 6. Quid mirum igitur, si ex ejusmodi schola prodirent homines planè voluptarii?

Unde Cic. lib. III. de Natura Deorum; *afotos ex Aristippi, acordes à Zenonis schola prodire.*

G. A. P.

DE SECTA ELIACA, ET ERETICA.

§. 1. **A**lter discipulorum Socratis, qui sectam conderent, fuit Phado Eliensis.

Hic servus fuit, sed Socrate hortante, emtus, sive ab Alcibiade, sive à Cebete Thebano. Auctores præter Diogenem, Hesychium Milesium, & Suidam, etiam Origenes contra Celsum lib. III. & à Latinis, Gellius lib. II. cap. XVI II. ac verbis penè iisdem Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XI.

§. 2. *Ab Eliensi hoc Phadone caput sectæ Eliaca.*

Testes Strabo lib. IX, Diogenes lib. II. Hesychius Milesius, & Suidas.

§. 3. *Scrispsit Phado de Socrate sermones admodum elegantes.*

Ut est apud Gellium lib. II. cap. XVII II. Titulos librorum recensent Diogenes, & Suidas. Est in iis *Ζώτιον*: unde aliquid adducit Julius Pollux lib. III. cap. II. Quiddam etiam ex Phadone memorat Seneca epist. XCIV. his verbis; *Minuta quadam, ut ait Phadon, animalia, cum mordent, non sentiuntur.*

§. 4. *Phadonem audivit Plistanus isidem Eliensis: Plistanum Menedemus Eretricus, à quo Eretrici dicti, qui Eliaci prius vocabantur.*

Eretricus à Menedemo Eretriensi dictos auctor Strabo lib. IX. Nomen ex eo, quod Menedemus scholam constituerit Eretriæ, civitate Eubææ: in quâ & Chalcis, ubi Aristoteles defunctus. Encomium Menedemi scripsit Lycophron: ut est apud Diogenem Laertium, & Hesychium Illustrem. Sed ironice sic inscripsisse docet Athenæus lib. X. De Eretriacis Philosophis volumen olim scripserat Sphærus Bosphoranus, Zenonis Citiæi auditor: ut idem Laertius est auctor.

DE MEGARICIS.

§. I. **T**ertius nova secta conditor ex Socratis auditoribus
Euclides Megaricus fuit.

Quanti is magistrum fecerit, ex eo videre est, quòd, cum Athenienses decreto cavissent, ut capitale esset Megarensis, si pedem Athenis posuissent, ille sub noctem muliebri habitu Athenas ibat, ut parte aliquà noctis Socratici fieret sermonis particeps, ac sub lucem eadem veste viginti amplius passuum millibus Megara rediret. Vide Gellium lib. vi. cap. x. Post Socratis mortem, Plato, & alii auditores, tyrannorum metu ad eum concesserunt: cujus secessionis, præter Laërtium & Hefychium Illustrem, etiam meminit Chrysofostomus oratione quarta de laudibus Pauli. Valde autem errant, qui Euclidem hunc putant eum, cujus in Mathesi labores omnium manibus teruntur. Nam Socratici illius nihil Mathematicum commemorat Laërtius; sed solum sex dialogos illos, Lampriam, Æschinem, Phœnicem, Critonem, Alcibiadem, & *ἑρωτικόν* sive *amatorium*. Et, quod majus, non leve est inter hos Euclidas intervallum. Megaricus enim fuit Socratis discipulus, præceptor Ebulidis Milesii, qui in Dialecticis præceptor fuit Demosthenis, Laërtio teste. At mathematicus ille floruit temporibus Ptolemæi Lagidæ, eoque regnante, primus Alexandriæ docuit mathesin: ut ex Proclo Diadocho videre est.

§. 2. *Ab hoc Megarensi Euclides dicti sunt Megarici.*

Strabo lib. ix, Ἐξε δὲ πρὶ (Μεγαρέων πόλις) ἢ Φιλοσόφῳν Διγενεῶς ἢ Πρωταγοράδων τῶν Μεγαρικῶν, Εὐκλείδῳ Διγενεῶν Σωκράτην, ἀνδρῶν Μεγαρέα τὸ γένος. Habuit aliquando (urbs Megarensum) etiam scholam philosophorum, qui Megarici dicebantur, successione in Euclidem prima.

§. 3. *Megarici, postea ieiuniosi sive contentiosi, ac exinde*

inde à nonnullis ἀγλευκῶι, quia valde se in Dialecticis exercerent, præcipueque in captiosis argumentandi generibus.

Atque hæc ex mente Laërtii in vita Euclidis. Alii tamen Zenonem Eleatem Eristicæ sectæ faciunt auctorem. Galenus si-
ve Aëtius libro περὶ φιλοσοφίας ἱστορίας : Ζήνον ὃ Ἐλεάτης ἑριστικῆς ἀρχῆς μνημονόεσται. *Zeno autem Eleates contentiosa philosophia primus fuisse auctor traditur.* Sed facile hæc conciliantur. Primi enim Parmenides, ejusque discipulus Zeno Eleates, quædam movere circa Dialecticam. Euclides autem Megaricus Parmenidis librorum imprimis erat studiosus, ut Laërtius est auctor. Quare credibile est in Dialecticis secutum esse Parmenidem, ejusque discipulum Zenonem. Alii igitur Zenonem fecere auctorem sectæ Eristicæ, quia is primus contentiones Dialecticas movit: alii Euclidem, quia is promovit, atque auxit.

§. 4. Euclidem audire, Eubulides Milesius, Clitomachus Thurius, & Stilpo Megarensis.

Ex his Eubulides, ἑβουλίδης & ipse Aristoteli multum adversabatur: rationari autem solet mentiente, latente, Electrâ, convelatâ, Sorite, cornutâ, & calvâ: ut Diogenes tradit. Clitomachus Thurius primus περὶ ἀξιομάτων, καὶ κατηγορημάτων & similibus scripsit. Stilpo Megarensis tantus in docendo erat, ut non paucos ex præcipuis aliarum hæresium sectatoribus ad se traheret. Vide ejus vitam apud Laërtium, & quæ ex eo Hesychius exscripsit. Meminit & Seneca epist. 11. Item de Constantia sapientum, cap. v.

§. 5. Eubulidem audire Alexinus Eliensis, & Apollonius ὁ Κρόνου.

Horum prior pro Alexino etiam dictus Ἐλεγεῖν. Sic apud Laërtium legendum. Nempe sic vocatus ὡς ἑλεγεῖν, quia mirè esset φιλόλογος. Ut æqualis, ita adversarius erat Zenonis Citrici: à quo secta Stoicæ originem cepit. Zeno tamen hic in Dialecticis eo ipse secutus Zenonem Eleatem fuit: unde liquet, cur ut Euclidem pro Megaricis dicti Dialectici, ita & Zenonem pro Stoicis.

Stoicis vocati sint dialectici. Nam Stoicis quoque dialecticorum esse nomen tributum, liquet ex Cicerone in Oratore, & primo de Oratore.

§. 6. *Apollonii Ἐκρόνυς auditor fuit Diodorus ὁ Κρόνυς.*

Ut auctor Strabo lib. XVII. Eaque causa, cur Apollonio proximè Diodorum subdat Laërtius. Et fortasse aliquid excidit de Apollonio: uti quos discipulos habuerit. Diodorus hic à quibusdam invenisse dicitur ἡ ἑγκεκαλυμμένον, καὶ κτεροῖν λόγον: sermonem apertum, & cornutum, teste Laërtio. Plura de eo diximus libro de Cavillationibus Stoicorum.

C A P. XII.

DE VETERI ACADEMIA PLATONIS.

§. I. **Q**uartus discipulorum Socratis, qui nova essent secta autores, Plato Atheniensis erat. Qui Philosophos priores facundia vicit: doctrinam etiam omnigenam cum singulis contendit: Atque ad hanc variam doctrinam non mediocriter contulere preceptores variarum sectarum. Primum Socratem audivit; inde Cratylum, Heracliti discipulum; & Hermogenem, qui Parmenidis Philosophiam sequebatur. Post hos Megaris Euclidem, Megarica secta conditorem; ac mox Cyrenis, Theodorum mathematicum; postea in Magna Gracia audivit Philolaum, & Eurytum Pythagoricos. Tandem in Egyptum abiit, ubi cum sacerdotibus collocutus. Eudoxus cum ipso profectus in Egyptum fuit, atque istic cum sacerdotibus fuere versati annis XIII, ut est apud Strabonem libro XVII. * Ac nisi bellum inter Persas ac Gracos obstitisset, etiam iter ad Magos instituisset. Tantus discendi omnia ardor ei fuit.

* pag. 806
Paris.
edit. 1620

Auctor horum Diogenes lib. III. Illis tamen qui Socrate uno contenti forent, miscella hac philosophia corrumpere genuinam

nuinam, quam à Socrate acceperat, visus fuit : maximeque barbaricam Ægyptiorum, & Pythagoream, quæ ab alio fonte profluxerat. Nam Socratica manavit à Thalete sectæ Ionicæ conditore : Pythagoras sectæ ejus auctor, quæ Italica dicebatur. Hanc tam disparem mixturam Xenophon Socratis & ipse auditor exprobrat Platoni epistola quadam Æschini Socratico scripta, quam legere est apud Eusebium præparat. Euang. lib. xxiv. & Stobæum sermone de diis ; verba ejus extrema adscripsimus : Παισιόθωσαν οὐδ' ἐλεγχόμενοι, ἢ πρὸς τὸ εἶκος ἴτωσαν εἰς ὃ Σωκράτους σὺκ ἤρεσεν, ὃ ζῶντι μὲν ὁ θεὸς σοφίαν ἐμαρτύρησεν, αἱ δὲ κτείναντες τὴ μετανοίας ἄποκαθάρασιν ἐχθρόν. τὸ δὲ καλὸν ἄρα Ἀγύπτιος ἡ ἐξέδοσαν. καὶ τὴ Πυθαγόρα περὶ τῶν σοφίας, ὡν τὸ πλεῖστον καὶ μὴ μόνιμον ἦν Σωκράτῳ ἤλεγξεν ἕως τυραννίδος, καὶ ἀντιθέτως λιπὲς Σικελίῳ τῷ γαστρὸς ἀμύτης τρεπίζα. i. e. *Definant igitur, qui rationibus ut sibi videntur, probabilibus Socratem arguentes improbant, quum ei vivo sapientie testimonium Deus exhibuerit : occisores verò ejus pœnitentia sue purgationem non invenerint. Illi verò egregii viri, Ægypti & admirabili Pythagorica sapientia amore capti sunt, quorum supervacuum & inconstans circa Socratem studium tyrannidis amor redarguit, & Sicula ventris immoderati mensa frugalitati victus anteposita.* Atque hæc valde confirmant, quod Diogenes scribit, parum amico inter se animo fuisse Platonem & Xenophontem ; similibque contentionis studio scripsisse Symposium, Socratis defensionem, & commentaria moralia. Præterea Κύρις παιδείας scripsit Xenophon : in Legum libris Plato fictitiam esse ait. Cumque ambo Socratem celebrent, nunquam Plato Xenophontis meminit ; semel Platonis Xenophon in tertio Σοφιστικῶν. Nam Gellius fallitur, qui nusquam meminisse ait lib. xiv. cap. 111. ubi plura hac de contentione legere est.

S. 2. *Mixta imprimis fuit Platonis philosophia ex Heracliticâ, Pythagoricâ, & Socraticâ.*

Laërtius in Platone, & totidem verbis Hesychius Illustris : Μίξιν ἐπισημαίνει τὴν Ἡρακλειτείων λόγων, καὶ Πυθαγορικῶν, καὶ Σωκρατικῶν. τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ, καὶ Ἡρακλειτεῖον · τὰ δὲ νοητὰ, καὶ Πυθαγόρειον · τὰ δὲ πολιτικὰ καὶ Σωκρατικῶν ἐφιλοσόφει. *Heracliteorum, Pythagoricorum, & Socraticorum rationes commiscuit. Atque in iis quidem,*

qua sensibus percipiuntur, Heraclicæ partes sequebatur: ea qua mente comprehenduntur ex Pythagoræ sententia tractavit: in rebus autem civilibus philosophabatur ex mente Socratis. Similiter Apulejus de dogm. Plat. Nam quamvis de diversis hæc ei essent philosophiæ membra suscepta, naturalis ab Heraclicis, intellectualis à Pythagoreis, rationalis atque moralis ex ipso Socratis fonte. Quod ad Pythagoram, etiam Aristoteles lib. 1. Metaphysicorum initio capituli vi, doctrinam Platonis appellat τὴν πρὸς τοῖς Πυθαγορείοις ἀκολουθίαν, in plerisque sectantem Pythagoricos. Et sanè quanti Pythagoram fecerit, arguit, quòd centum minis emerit tres libros Pythagoricos, ut ex Satyro tradit Laertius. Id tamen mirandum magis foret, nisi pecunia abundasset. Quippe supra octoginta talenta acceperat à Dionysio rege, ut eodem Laertio teste prodidit Onetor, libro; Ἐὶ χερμαπέτευ ὁ σοφὸς, an sapiens sis questum facturus. Dederit igitur pro libris istis tria Karoleorum millia. Nam mina Attica, constituit xxx Karoleos; ut quæ constet centum drachmis: drachma autem vi stufenis. Talentum autem LX minarum, hoc est Karoleo lccc. ut hinc liqueat, quanta fuerit liberalitas Dionysii.

§. 3. *Secta ex triplici hac mista confusaque, vetus dicebatur Academia. Cujus princeps Plato fuit. Sed vetus demum vocata fuit, postquam Arcefilas alteram induxit.*

Academia autem dicta est, quia doceret in ea Plato. Erat is nemorosus Ecademi herois fundus, mille passibus, ab Athenis distans, loco memoroso, & subpalustri, eoque parum salubri. Ecademus ille, (ut ex Plutarchi Theseo cognoscimus) primus Castori & Polluci indicavit Helenam, à Theseo raptam Aphidnis occultari. Unde semper honos ei habitus à Lacedæmoniis: usque aded, ut quoties populabundi in Atticam irruerent, villæ parcerent, quæ fuerat Ecademi; unde & prius *Ecademia*, posteaque mutatione unius literæ *Academia* dicebatur, ut testantur Laertius, Hesychius Illustris, Aristophanis Scholiastes in Nubes, Stephanus in Ἐκαδημία, & Suidas in Ἀκαδημία. Non rarè tamen heros is *Academus* vocatur in Græcis, Latinisque codd. ut vel utroque nomine fuerit vocatus, vel perperam *Academus* scribatur, uti censet V. Cl. Joannes Meursius. Vide, quæ iam admo-

admodum adolescens notarat in Critico Arnobiano lib. iv. cap. x. item in Animadversionibus Miscell. lib. iv. cap. xii. Tan-
 zopere autem locum ipsum reveriti sunt philosophi veteres, ut
 nec fas putarent ridere istuc, nempe quia enim ab omni animi dis-
 solutione purum asservari vellent : ut Ælianus narrat lib. iii.
 Var. Hist. cap. xxxv. Etiam Mithridates Perfes Radobani filius,
 hoc honoris habuit & Platoni, & loco, ut in Academia Musis
 dicaret imaginem Platonis, Silanionis opus : ut ex Phavorino
 prodit Laertius.

§. 4. *Decem verò sunt Dialogi, quibus omnem Philoso-
 phiam comprehendisse existimatur.*

Ea est Jamblichi sententia. Ac digessere eos Platonici, ut con-
 staret, quo ordine legi debeat. Sedulo autem in Dialogis legen-
 dis distinguendum, quæ Platonis, quæ aliorum sit sententia.
 Snam in persona Socratis vel Timæi proponit : alienam ex Gor-
 giæ, Protagoræ, & aliorum.

Nec tamen putandum, verè ista Socratem, vel istos dixisse ac
 sensisse. Itaque cum Plato coràm Socrate legisset, Lydix dixit.
sic vocat à πύρατος ἵδεναι νεωτερον ; ut multa de me mentitur adoles-
 centulus.

§. 5. *Agnovit Plato unum esse Deum summum opificem
 universi : sed præter eum statuit Deos duplices da-
 mones, & heroes : quibus & ipsis sacra fieri iussit.*

Vide de his Apulejum lib. de Deo Socratis, & Augustinum
 lib. ix. de Civit. Dei cap. viii. & xi.

§. 6. *Idem mundum cœpisse arbitratur : quâ parte Ari-
 stoteli præferendus. Taurus tamen in commentario
 Timæi, ut & Porphyrius, & Proclus Platonici, cum A-
 ristotelis argumenta pro mundi aternitate solvere non
 possent, interim non fateri vellent rectius Aristotelem
 sensisse, quàm Platonem suum, commenti sunt ratio-
 nem, quâ ambo idem viderentur sensisse.*

Ajunt enim Platonem, cum mundum ait genitum, non loqui
 de mun-

de mundo genito secundum principium temporis, quomodo Platonem accepere Aristoteles, Theophrastus, Alexander; sed de principio secundum causam: ut sic mundus à Deo dicatur, uti lumen est à Sole. Quomodo mundus esset Deo coæternus, ut Aristoteles censuit. Sed non esse eam Platonis mentem, certissimum est; cum is dicat, coelum naturâ suâ esse corruptibile, ac divinâ solum voluntate conservari. Alia quoque multa adversus hanc eorum sententiam vide apud Ioannem Philoponum egregio libello adversus Proclum.

§. 7. In eo autem aberratum à Platone, quod mundum à Deo conditum putarit ex materiâ coæternâ.

Unde Deum non *νομιναίον* sive factorem, sed *δημιουργόν* sive fabricatorem vocabat. Eoque nomine Platonicos arguit Theophilus Antiochenus lib. II. ad Autolyicum.

§. 8. A Platone eum errorem hausit Hermogenes hereticus.

Adversus quem Tertullianus fusè disserit. Nec patrocinantur Tatianus, Lactantius, Augustinus, Theodoretus; qui mundum ex informi materia putant creatum. Nam hi non increatam putant materiam, sed prius creatam, ac deinde mundum ex ea conditum.

§. 9. Ideas Platonis impugnant Peripatetici.

Imò & Lucianus in Icaromenippo, ac SS. patrum non paucas rejiciunt. In his Justinus orat. ad Græcos, Ambrosius lib. IV. de fide cap. III. & lib. Hexaem. cap. I. & II. Nazianzenus Orat. II. de Theologia. Augustinus lib. LXXXIII. quæstionum, quæst. XLVI, & Cyrillus lib. II. in Julianum.

§. 10. Et sanè hac parte creditur Gnosticis prævisse.

Quorum deliria esse fabricata ex Platonicis Ideis, auctor est B. Irenæus lib. II. adversus hæreses cap. XIX. Etiam Tertullianus libro de Anima ait. *In Ideis Platonis Gnosticorum heretica semina relucere.* Quæ ibidem vocat, *heretica Idearum sacramenta.* Et lib. de præscript. cap. VII. *Ipsa denique hæreses à philosophiâ subor-*

antur. Inde Eones, & forma, nescio qua, & trinitas hominis apud Valentinum. Et cap. xxx. Vbi tunc Valentinus; Platonicus sectator. Valentinus enim, qui circa annum Christi cl. Antonini Pii temporibus vixit, Hesiodi è Theogonia xxx Deos, & è Platone Ideas mutuatus, cum Ioannis hæc Euangelio miscebat. Quam ejus sententiam refutarunt Justinus Martyr, Miltiades, Theophilus Antiochenus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, pluresque alii.

§. II. Non tamen damnanda Idea, si hoc voluit Plato, non spectandas formas singulares, quatenus tales, cum ea sint rerum corruptibilibus; scientia autem sit rerum aternarum: sed considerandum quidque in specie, nempe autò καθ' αὐτò, sive naturam hominis, vel equi, non in individuo, sed univèrse. Ac in moralibus similiter non virtutes spectanda, prout insunt homini imperfecto: sed quomodo res sunt in mente hominis sapientis, præcipueque in mente divina, qua sola percipit omnia perfectissimè. Atque hæc, ut putamus, Platonis mens fuit; utcumque ambigè vel obscurius plurimum sit locutus.

Scio à Plutarcho ridèri Colotem Epicureum, quòd Aristotelem ac Theophrastum putaret idem sensisse de Ideis, ac Platonem: scio & Proclum ἢ Διάδοχον, (quomodo καθ' ἐξοχὴν vocatus à successione Platonis) in libro eo, quo expendit, quæ contra Timæum Platonis disputarat Aristoteles, multa adferre loca, ubi Aristoteles impugnet, ac dicere eum dogma nullum vehementius averfatum, ac illud de Ideis: scio & Philoponum propterea mirari, inveniri homines, qui dicere audent, amborum fuisse eandem sententiam: scio idem sentire Alexandrum Aphrodisiensem: ac Ciceronem quoque lib. 1. Acad. Quæst. sic scribere, *Aristotelem primam labefactasse species, quas mirificè erat amplexatus Plato, ut in his quiddam divinum esse diceret.* Quibus impulsus, cum ante hos annos xxxi. i. pro suprema in Philosophia laurea publicè in Lugdunensi Lyceo disputarem, illud etiam inter ea erat, quæ tuebar, Ideas Platonis non esse, nec si essent, in earum con-

templatione beatitudinem esse reponendam. Verum postea majori cum cura ac judicio Platonem, ac Platonicos legens, facile perspexi, Platonem hoc voluisse, cum ea quæ videamus sint corruptibilia, nos animi oculos intendere debere in formas rerum internas, prout menti insunt Dei: quomodo homo est immortalis, equus immortalis: itidem, cum actiones etiam aliquid ex vitio trahere soleant, debere nos proponere animis nostris virtutem, (ut loquuntur) non in concreto, quomodo imperfectæ sunt & pereunt, sed in abstracto, quomodo ea in mente est divina, ac quodammodo etiam est hominis sapientissimi animus, qui melius mente concipit virtutem, quam vita exprimit. Quomodo Xenophon melius virtutem exprimit in Cyro, quàm ea in Cyro fuit. Ut omnino si secundum virtutem vivere volumus, non Cyrum fortem, justum Aristidem, nec continentem Alexandrum aëbis proponere debeamus; sed justitiam, continentiam, patientiam, secundum naturæ suæ perfectionem. Vide omnino quæ Syrianus de Ideis contra Aristotelem disputavit Comm. in lib. II. τὸ μὲν φωνὰς, & duos postremos, ac in primis lib. XI. five ut alii numerant XII. Ubi singulis Aristotelis argumentis occurrit. Etiam adī, quæ proavorum memoria de Platonis & Aristotelis differentia scripsit Petho Gemistus: apud quem eadem ferè, iisdem verbis reperias: item Alcinoum de dogmatis Platonis. Nec dubito, quin idem docuerit Perphyrius libris VI & quos de Platonis, & Aristotelis consensu scripsit; atque item Boëthius, qui ejusdem argumenti libros reliquerat. E junioribus etiam Ideas Platonis defendunt, Ioannes Fr. Mirandulanus lib. VI. Examinis Vanitatis gentium, & veritatis Christianæ cap. XV. & Fr. Venerus, minor, libro de Harmonia mundi, cantici II quinquæ capitibus.

S. 12. *Finis philosophia secundum Platonem est assimilari Deo, quatenus humana sinit infirmitas.*

Ὁ μόνος τῶ θεῶ ἐν δυνάμει. Quod sic eximat Apulejus lib. de Habit. Doctrinæ Platonice: *Sapientis finis est, ut ad Dei mensuram sapiens provehatur: hancque futuram ejus operam, ut amulacionis vite ad Deorum actus ascendas.* Qua de re pluribus disputat eleganter Abammon, Ægyptius magister, responsione ad Porphyrii epistolam

Stolam scriptam ad Anthonem. Ceterum Jamblichi eam esse Abammonis epistolam legas apud Proclum in Plotinum.

§. 13. *Platonem magnam attulit gloriam, quod diserte adde philosophiam tractavit.*

Itaque Jovem ajunt Platonis lingua usurum, si Græcè loqui vellet. Ac Græci Platonem dixerunt *Πλάτων*, uti Aristoteli *δαίμονα*. Platonem B. Hieronymus lib. 1. adversus Iovinianum vocat *divinum, profundum, nec à juvenilibus ingenii intelligi.*

§. 14. *Artificium etiam à Dialogis accessit: quos primus dicitur scripsisse.*

Quod tamen cautè capiendum. Nam ante Platonem Zeno Eleates, & Alexamenus Tejus dialogos scripsere, ut ab aliis proditum est: Sed Plato, ut Laertius ait, ἀπελευθέρως τὸ εἶδος τὰ πρῶτα ἀδικαίως ἔδοξε εἶναι.

§. 15. *Interea dictionis Platonis minus est idonea ad philosophandum.*

Peccat enim eo (ignoscant mihi nonnulli φιλοπλάτωνες) quòd multum gaudet Metaphoris, iisque non verecundis, sed audacibus & planè poeticis, atque φορηαῖς. Utcumque igitur ejus dictionem extollant, qui Jovem dicunt, si cælo descenderet, Platonis sermone usurum; philosophiæ tamen magis convenit dictionis propria, aut translationes receptæ, & usitatæ. Ut monuit Aristoteles lib. 11. de Demonstr. & VI. Top. Item Alex. in lib. 1. priorum. Scio Phrynichum culpasse in Aristotele, & Theophrasto, quòd quædam non satis Atticè efferant: sed, ut verum diceret, leve tamen id est, dummodo pura & perspicua utantur dictione. Qualis non est illa poetarum, ut cum Empedocles mare vocat *sudorem terra*: quod in eo culpasse Aristoteles lib. 11. Metaphyl. quemadmodum & cum Orpheus, & alii fingunt, quæ soli intelligant: quo nomine eos reprehendit idem lib. 11. τὰ Φυσικά. Ad poeticam autem dictionem propè accedit Plato: quod non Aristotelis modò judicium est, sed & Dionysii Halicarnassensis. Imò in dialogis suis poeticè magis loquitur, quam comœdia facit, ut multos sensisse, testis est Cicero in Bruto.

§. 16. *Etiam:*

§. 16. *Etiam hoc in Platone culpandum, quòd Pythagoreo more, sapius symbolicâ gaudeat philosophiâ.*

Ut cum ait cœlum, & quinque elementa figura differre: cœloque tribuit figuram dodecahedron: & alia id genus.

§. 17. *Nec apertè in præmiis proponit, quâ de re sit dicturus. Quæ res obscuriorem facit.*

Itaque Aristoxenus, Aristotelis discipulus, in Harmonicis hoc etiam nomine Aristotelem præfert, quòd clarè illud proponat, de quo deinceps differit.

§. 18. *Nec decem illi Dialogi, de quibus diximus, decimam, ac penè dixerim millesimam Platonica philosophia partem continent.*

Quæ res ita perspicua est vel obiter Dialogos hosce lectitantibus, ut verba non desideret.

§. 19. *De Platonica, ut & Pythagorica philosophiæ principis, scripsere olim Nymenius, Cronius, Atoderatus, & Thrasyllus, qui Tiberiano ævo vixit: sed omnium ante se industriam cura accurata vicit Plotinus.*

Autor Porphyrius in vita Plotini. Verba ejus adduximus, eum de Pythagora ageremus. Fuisse autem Platonicum, cognoscimus etiam ex scholiaste Juvenalis in Sat. VI: *Thrasyllus, multarum artium scientiam professus, postremò se dedit Platonica secta: ac deinde Mathefi: quæ præcipuè viguit apud Tiberium; cum quo sub honore ejusdem artis familiariter vixit: quem postea Tiberius in insula Rhodo precipitare voluit in pelagum, quasi conscium promissa dominationis: quem dolum cum præsensisset, fugit.* Meminere ejus quoque Tacitus Annal. lib. VI. Suetonius in Tiberio. Item Plutarchus lib. de Musica, ubi Philiastum fuisse indicat. Ex Laërtio cognoscimus reliquisse & librum *Ἐὶ τὴν ἀναγωγίαν; ἢ Δημοκρίτου βιβλίον.*

§. 20. *Succesit Platoni in Academiâ Speusippus.*

Is natus fuit è Potona, quæ Platonis erat soror; Annis octo docuit mercede; quod & exprobratum ei à Dionysio. Et sanè pecuniæ

pecuniæ erat amantior. Ut indicio quoque, quod ad Cassandri nuptias se contulerit spe mercedis pro versibus à se conscriptis, sed ineptis, frigidisque; ut censet Philostratus in Apollonio. Vide de eo Laertium, qui vitam illius descripsit. Super sunt Speusippi ὄροι sive definitiones, quas Ficinus vertit.

§. 21. *Huic successit condiscipulus suus, Xenocrates Chalcædonius.*

Vir hebetiori ingenio, sed castis moribus. Ob prius dicebat Plato eum calcaribus, Aristotelem freno egere: Ob alterum, nec credere sustinuit Plato jurantibus, Xenocratem de eo maledixisse. Sed neque iudices passi sunt jurare: indignum rati, viro iis moribus non habere fidem injurato.

Plura de eo Laërtius: aliqua etiam Hesychius Illust. superest Xenocratis libellus de Morte, cujus & meminit Laërtius. Transulit idem Ficinus, ac Petro Casmo dicavit. At junior hoc Xenocrates ille, cujus de alimento ex aquatilibus animantium libellus exstat apud Oribasium. Collectaneorum ad Julianum lib. III. Sed tamen Galeno antiquior, qui ejus meminit non semel lib. X. de facultatibus simplicium medicamentorum, cap. de Sanguine vespertilionis: uti & lib. II. de compositione secundum genera. Eum Græcè cum Interpretatione Baptistæ Rasarii, & Scholiis suis prius edidit Conradus Gesnerus.

§. 22. *Xenocrati successit Polemo Atheniensis: Polemoni discipuli sui Crates Atheniensis, & Crantor Solensis.*

Quàm se mutuo amarint Polemo & Crates, docent Diogenes lib. IV. & Hesychius Ill. Ac prior etiam in commune eorum sepulcrum, epigramma refert Antagoræ: quod similiter legas Anthologiæ lib. VII. Crantor Solensis primus omnium commentatus est in Platonem, ut testatur Proclus in Timæum libro I. ubi refert, ut quæ de Atlantide insulâ retulit Plato, ea pro vera historia habuerit ὁ πῶτος & ἑπιτάων & ἐξηγητὴς κερειτῶρ. Obiit aquâ intercure ante Polemonem, & Craterem: ut ait Diogenes.

§. 23. *Atque hac de Veteri Academia, qua Platonis vestigiis insistentis, qua caperet definiebat, qua non caperet incerta relinquebat.*

k

Laer-

Laërtius lib. III. ac totidem verbis Hefychius Illustris, ὁ Πλάτων εἰ μὴ ὢν κατέληφεν Σοφάινε, πᾶς ἡ ψυδὴ διελέγχε, εἰ δ' ἄδηλον ἐπέχε. Plato qua percepit, asserit; ac falsa diluit; de incertis definire super sedes. Mox addit Laërtius, quomodo personis ipsi, quæ vera putaret, ab incertis distinxerit: Verba ejus sunt καὶ εἰ μὴ ἤ αἰτᾶ δοκόντων Σοφάινετι Διὸς πηγάρον προσάπων, Σωκράτης, Τιμαίης, Ἡ Αθηναίος ξένος, Ἡ Ελεάτης ξένος. εἰ δ' ἤ ψυδᾶν ἐλεγχόμενός· οἷον Θερασύμαχον, καὶ Καλλικλέα, καὶ Πῶλον, Γοργίαντε, καὶ Προταγόραν· ἐπὶ δὲ Ἰππίαν, καὶ Εὐθύδημον, καὶ δὴ ὅσῳ ὁμοίους. De iis, quæ approbat, sententiam suam prodit per quatuor personas, Socratem, Timaeum, hospitem Atheniensem, & hospitem Eleatem. Mendacium autem redarguentes inducit Trasymachum, Calliclem, Polum, Gorgiam, & Protagoram: adhuc Hippiam, & Euthydemum, ac similes. Quæ & ipsa iisdem verbis, præter hoc, quod de Protagorâ, & duobus reliquis addit, etiam apud Hefychium invenias. Ac longè aliam mens Academiæ mediæ: ad quam nunc accedo. Nam in iis, de quibus haftenus diximus, vetus constitit Academia.

C A P. XIII.

DE MEDIA ACADEMIA.

§. I. **C**Rantoris Solensis discipulus fuit Arcefilaus, qui Latinis Arcefilas.

De quo Diogenes, & Hefychius Ill. Ac pulchrum ejus factum erga amicum pauperem commemorat quoque Seneca de Benefic. lib. I I. cap. x.

§. 2. *Hic autor fuit secunda, sive media Academia, quæ ἀκαταληψίαν καὶ ἐποχὴν indixit. Nam volunt nihil percipi posse, eoque in omnibus esse cobibendum assensum.*

Socrates & Plato disputare quidem in utramque partem solent; sed ut verum inveniatur. Unde & in multis certi aliquid statuere. Eoque dogmaticis accensendi. Non item Arcefilas, qui omnia dicebat esse ἀκατάληπτα, sive incomprehensibilia. Ille tamen Socratis se autoritate tuebatur, qui dixerat, nihil se scire. Sed

Sed hoc modestiæ causa *ὑπερβολικῶς*, ut sophistarum argueret immodestiam, qui omnium scientiam profiterentur. Revera enim multa Socrates statuit atque asserit: sed modum tenet, ne incerta afferat pro certis.

§. 3. *Discipulus Arcefila fuit Lacydes.*

Qua ratione is defensor *ἀκαδησίας* factus sit, lepide narratum Numenio, & exinde Guilielmo Cantero lib. vi. Novarum lect. cap. xviii.

§. 4. *Lacyda successit Telecles & Euander, Evandro Hegesippus Pergamenus.*

Ut Laërtio dicitur, qui Clementi est Hegesilaus, ultimus in successione eâ mediæ Academiæ assertor.

C A P I T U M XIV.

DE ACADEMIA NOVA.

§. 1. **H**egesino successit Carneades Cyrenæus, qui novæ sive tertiæ fuit Academia auctor.

Quartus, ut Cicero ait, ab Arcefila, mediæ Academiæ auctore. Laërtius tamen Lacydem, Arcefilæ discipulum, & successorem, novæ putat Academiæ auctorem: sed Carneadi id tribuunt Cicero, Clemens Alexandrinus, Sextus Empiricus, alii.

§. 2. *Differt Academia nova à media, duplici ratione, Primum, quia Arcefilaus etiam à rebus tolleret verum: Carneades fateretur aliquid verum esse, aut falsum: sed negaret esse in nobis κριτικῶν, sive artem judicandi verumque à falso discernendi.*

Hinc ex eorum mente apud Ciceronem in Lucullo legas: *Veri esse aliquid non negamus, percipi posse negamus.* Atque idem alibi: *Non enim sumus ii, quibus nihil verum esse videatur: sed qui omnibus veris falsa quedam adjuncta esse dicamus, tantà similitudine, ut nulla infirmitas certa judicandi & discernendi nota.*

§. 3. *Alterum est, quòd Carneades quidem assensum cohiberet ob rei incertum, non tamen negaret aliquid probabile esse, aut contrà: quale nihil Arcefilas.*

Cicero lib. IV. Acad. QU. Reliquit Carneades ejusmodi visa (Φαντασίας) quibus ad actionem excitemur: isem ea, qua interrogati in utramque partem respondere possumus, sequentes tantummodo, quod ita visum sit, dum sine assensu. Vide plura de hoc apud ipsum Tullium, & Plutarchum contra Colotem.

§. 4. *Nihil hic Carneades scripsit.*

Testes Plutarchus, & Laërtius. Scribere tamen voluit adversus Zenonem, ac propterea cerebrum prius elleboro albo purgavit: ut est apud Gellium lib. XV. cap. XV. Verum non scribere, sed disputare voluisse ait Valerius Maximus lib. VI. cap. VII.

§. 5. *Post Carneadem hac docuit Clitomachus Carthaginiensis: in quo successio desit nova Academia.*

C A P. XV.

DE ACADEMIA QUARTA ET QUINTA.

§. 1. **T**riplici Academia addunt alii quartam & quintam: Quarta est ab Philone & Charmida, qui Clitomacho Carthaginensi successere: quinta est ab Antiocho, Philonis auditore.

Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotyp. lib. I. G. XXXIII. *Ἀκαδημαῖα δὲ γέγονασι, ὡς Φασί, πλείους μὲν ἢ τέρας. καὶ μία μὲν καὶ ἑρμαιοῦ ἔστι, ἢ τῶν Πλάτωνος. δευτέρα δὲ καὶ μέση, ἢ τῶν Ἀρκεσίλαου, τῶν αὐτοῦ Πόλεμωνος. τρίτη δὲ καὶ νέα, ἢ τῶν Καρνεάδου καὶ Κλιτομάχου. ἔτι καὶ περὶ τῶν ἀποστόλων τῶν περὶ Φίλωνος καὶ Χαρμοῖδου. πέντε δὲ καὶ πέμπτη καλεῖται πῶς περὶ τῶν Ἀντιόχου. Ἀκαδημαῖα αὐτὸν fuerunt, ut ajunt, plures tribus. Una quidem, eaque antiquissima, Platoni: Secunda & media, Arcefila, qui fuit auditor Polemonis: Tertia.*

Tertia & nova, Carneadis & Clitomachi. Sunt qui bis addant quartam Philonis & Charmida. Sunt qui etiam quintam adjiciant, Antiochi.

§. 2. *Ac Philonia quidem secta paulò propius ad veterem accedebat Academicam, quàm Carneades. Permitterebat enim ut sapiens opinetur, ac quadam etiam comprehendi posse aiebat, sed non tam certò, ut nihil omnino obduci possit.*

Numenius auctor apud Eusebium præpar. Euang. lib. xiv.

§. 3. *Antiochia secta veterem Academicam instauravit: nisi quòd de xermeia Stoicis accederet. Imò & in aliis Antiochus fuit germanissimus Stoicus: utcumque Academicus audire vellet.*

Vixit Antiochus hic Ciceronis ætate. Nam eum secum habuit L. Lucullus, in Asia quæstor, ac postea etiam cum eo missus à Senatu ad bellum Mithridaticum. Cicero lib. iv. Academicarum Quæst. *Cum autem è Philosophis, ingenio, scientiaque putaretur Antiochus Philonis auditor, excellere, eum secum habuit (Lucullus) & post aliquot annos imperator. Atque ibidem plura de hoc Antiocho, ejusque sententia, legere licet.*

C A P. XVI.

DE PLATONICIS JUNIORIBUS.

§. I. **P**ost toties variatam Academicam, posteriores, qui Platonis dogmatis insisterent, pro Academicis, Platonici dici maluerunt.

Ac creditur hoc nomen Alexandria cepisse; ubi resuscitata primè vetus Academia fuit. Ratio autem mutati nominis, quòd Academici nomen ambiguum esset, maximèque Arcesilæ sectatoribus tribui solet: ipsi autem, Platonis exemplo, certa quædam dogmata tuerentur.

§. 2. *Tales è Latinis fuere Apulejus, & Chalcidius.*

l. 3.

De

De priori sic Augustinus de Civit. Dei lib. VI II. cap. XII: *In utraque lingua Apulejus Afer Platonius extitit nobilis. Extat ejus liber de dogmate Platonis. Uti Chalcedii commentarius in Timæum.*

S. 3. *E Græcis verò, præter eos qui vel Judaicam religionem amplexi, ut Philo; vel Christianam: maximum nomen est, Plotini, Porphyrii, Iamblichi, & Procli.*

Augustinus lib. VI II. de Civit. Dei cap. XII; *Ex Platonis valde nobilitati Græci, Plotinus, Iamblicus, Porphyrius. Ac Plotinus quidem Lycopoli natus, civitate Ægypti: cum alia, tum LIV. libros reliquit in enneades divisos. Vixit sub Gallieno Cæs. ac deinceps. Fuit discipulus Ammonii illius, qui prius bajulus fuerat. Discipulum autem ipse habuit Amelium, uti hic Porphyrium, ille Sopatrum. Ex sacro quo laborabat morbo, corpore erat imbecilli. Autor istorum Suidas in Πλωτίνῳ. Accuratè autem ejus vitam Porphyrius descripsit. In iis verò, quæ de ejus fato, non audiendus Julius Firmicus.*

Porphyrius Plotini & Amelii discipulus, temporibus vixit Aureliani, Suida teste, ac pervenit usque ad tempora Diocletiani. Gente fuit Tyrius, & patria lingua dictus Malchus, uti & pater ejus. Id nomen regem signat. Hebræis Melech. Unde nunc Βασίλειος, nunc περφυρίῳ dictus, quia purpura regibus convenit. De Malchi appellatione auctor ipse in vita Plotini: ubi de nomine Βασιλείως Suidas. Atque hinc vita Pythagoræ inscribitur Μάλχου ἢ Βασιλείως. Ex quo libello quædam Cyrillus citat adversus Julianum, eaque disertim Porphyrio tribuit. Verum de Porphyrio multa & præclara Lucas Holstenius, quem consule.

Iamblicus discipulus fuit Porphyrii, ac temporibus claruit Constantini Magni, liberorumque ejus, atque etiam Juliani. Natus fuit Chalcide Syriæ. Hujus de vita Pythagoræ volumen, & duas ad Philosophiam orationes protrepticas primus Græcè divulgavit Ioannes Arcerius Frisus: cui ut eo nomine gratiæ magnæ debentur, ita eo parum feliciter emendando ac vertendo parum etiam laudis ac gratiæ promeruit.

Syrianus Alexandrinus vixit circa annum CCCCLXX. Inque totum

totum Homerum scripsit, & libros IV. in Remp. Platonis, atque alia quæ recenset Suidas. Ex quo etiam discere licet, quanti eum fecerit Isidorus philosophus. Nam ex Damascio refert, ut Isidorus dixerit nullum esse scriptorem, ex quo non aliquid boni discere liceat : sed ex tot scriptoribus post Platonem præstare Jamblichum, & qui Jamblichum sequerentur ejus sectatorem optimum esse civem suum Syrianum.

Proclus Lycius fuit, si audimus Volaterram lib. XVII. antiquior fuit iis, quos diximus. Nam à Spartiano proditum ait, fuisse præceptorem M. Antonini, eumque ab eo ad proconsulatum esse eversum. Proculus non Lycius, sed Siccensis fuit. Estque inter hos trecentorum annorum intervallum. Sic Ioannes Stoeslerus Justinensis, qui ait vixisse temporibus Trajani, quod ex eo colligit, quia discipulum habuerit Marinum Neapolitanum, quem sub Adriano ait vitam Procli scripsisse. Sed de Marini ætate fallitur. Quod liquebit, si dixerim de Procli ætate : Is autem claruit anno Christi quingentesimo. Ut qui Syriani fuerit discipulus, eique successerit in schola, uti Proclo postea successit Marinus, quem vitam magistri scripsisse diximus. Πλατωνικὸν Φιλόσοφον vocat Suidas. Extant ejus sex libri de Theologia Platonica, qui Hamburgi primùm prodire anno cdo Io c. XVII. Item supersunt commentarii in Timæum & libros de Repub. Scripsit quoque de Orphei, Pythagoræ, & Platonis consensu in oraculis lib. x. aliaque quæ Suidas commemorat. Ex quo etiam cognoscimus, quàm Christianis fuerit infestus. Ut qui post à Porphyrio secundus adversus Christianos ediderit libros. Atque hoc ipsum quoque errorem prædictum satis refellit. Nam si Porphyrio junior est, quomodo vixerit sub Trajano, ac docuerit M. Antonium, qui propè seculo præcessit ? Sed profectò multa hujus generis in commentariis Raphaëlis occurrunt. In eo etiam ratio fugit Stoeslerum, quòd putaret, Proclum vocatum Diadochum à gemma ejus nominis quæ berillo similis : ut ait Plinius lib. xxxvii. cap. x. Sed Proclus Ἀγάδοχος appellatus κατ' ἑξοχὴν ob successionem in Schola Platonica.

5.4. *Maximus Tyrius quoque fuit Platonicus.*

Maxi-

Maximum Tyrium primus Latinè reddit Cosmus Papius, Florentiæ natus amica Leonis x, præsul cathedralis Ecclesiæ Florentinæ. Obiit in urbe patria an. clō Iō xlii. Verum illam versionem innumeris locis expurgavit D. Heinſius, & commentario illustravit. Floruit autem Maximus Tyrius tempore Commodi imperatoris teste Suida.

§. 5. Nec Alcinoſus prætereundus.

Exſtat hujus epitome philoſophiæ Platoniciæ, vertit eam Ficinus, ſed emendavit illam versionem Iacobus Carpentarius Claromontanus Bellovacenſis, qui & inſigni auctorem hunc commentario illustravit, quo totam Platoniciam Doctrinam explicare conatus eſt. De ætate hujus autoris nihil certò adfirmari poteſt. Euſebius de Præparat. Euang. lib. xi. bonam hujus opusculi partem citat, non ſub Alcinoi nomine, verum Didymi, ut Didymus Alexandrinus hujus ſcripti auctor poſſit videri. Niſi forſan Didymus ex Alcinoo locum illum deſcripſerit.

§. 6. Etiam proavorum ævo fuere duo præſtantes Platonici, Beſſario Cardinalis, & Gemiſtus Pletho.

Illius extant libri iv. adverſus calumniatorem Platonis, (ita vocat Georgium Trapezuntium) ab Aldo avo editi: hujus autem extat liber de differentiâ inter Ariſtotelem & Platonem. Latinè editus eſt Baſileæ niſi fallor. Habemus illum etiam Græcè; oſtendere verò in hoc ſcripto conatur, ſemper principatum inter hos duos Philoſophos obtinuiſſe Platonem, nunquam verò Ariſtotelem, uſq; ad tempora Averrois. Scripſit hic idem Pletho alia quoque philoſophica, *περὶ ἀρετῶν de Virtutibus. περὶ ἐπιμωρίας, de Interpretatione*: Commentarium præterea in magica Zoroaſtris, aliaque quædam quæ neque Græcè neque Latinè prodierunt.

§. 7. Latinorum, qui circa ea tempora vixerint, nullus operam magis laudabilem Platoni, & ejus Philoſophiæ, impendit, quàm Marſilius Ficinus.

Vertit Platonem, vertit item Plotinum, quem etiam inſigni illustravit commentario. Sed & Jamblichū de myſteriis Egyptiorum,

rum, Pseudo Dionysium Areopagitam, aliorumque Platoniorum scripta Latine reddidit. Verum de hujus viri, virtutibus & scriptis jam multi multa dixerunt.

C A P U T XVII.

DE PERIPATETICIS.

§. I. **P**eripateticorum princeps Aristoteles fuit.

De nomine sic Cic. Acad. I. *Qui erant cum Aristotele Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo.* Ac similiter Laërtius in Aristotele; qui & alias occasiones addit. Hesy chius quoque; ἡ δὲ Περὶπατητικὴ Φιλοσοφία ἐκλήθη διὰ τὸ ἐν Περὶπατῶ, ἢ τοὶ κήπων κατὰρξαι αὐτῆς Ἀριστοτέλλω. *Peripatetica philosophia dicta est ex eo, quia coeperit ab Aristotele docense in xysto; sive horto ambulationi apto.* Sed Ammonius in Categ. autor est, Platonem ipsum docuisse ambulans: atque ab hoc primo Peripatetico, post ejus excessum, Xenocratis auditores vocatos Peripateticos ex Academia: Aristotelis autem Peripateticos ex Lyceo. Tandem Xenocraticos, nomine Peripatetici omisso, à loco solum dictos Academicos: & contra Aristoteleos; nomine loci præterito, ab actione solum vocatos Peripateticos. Michaël scriptor recentior dicit Aristotelem fuisse Thracem. Nempe quia Stagira quibusdam in Thraciâ, uti Pausanias in Eliacis. Ac videntur duo antiquissimi historici, Herodorus in Polymniâ & Thucydides libro Quarto & Quinto Stagiram tribuere Thraciæ. Nempe antiquissimis temporibus Stagiros fuit Thraciæ. Nec tamen Aristoteles Thrax, quia cum nasceretur Aristoteles, jam Stagira erat Macedoniæ pars. Sanè Philippus Alexandri parens tum extendit Macedoniam (quæ usque ad Strymonem extendi solet) usque ad Nessum. Sed Stagira non modò intra Nessum, sed etiam Strymonem est. Antiqui tamen limites ne quidem usque ad Strymonem patuisse videntur. Verùm hoc multò ante narum Aristotelem fuit. Est & alia ratio quamobrem Græcus, non Thrax, dicendus sit Aristoteles. Quia nempe Græciæ non Thraciæ adtributæ fuerunt pleræq; Græcorum coloniæ, quæ in Thraciæ litoribus sitæ essent. Porro dicitur Stagiros, ut Herodoro,

doro, Thucydidi, & in epitome Strabonis. Dicitur item Stagira in Plurali, ut Pausaniæ, Stephano, aliis. Denique dicitur & Stagira in Singulari, ut Laërtio in Aristotelis testamento, Eusebio, &c. Parentes Aristotelis fuere Nicomachus & Phæstis; quæ Laërtio Phæstis & Suidæ. Fortasse Phæstis & Phæstis dixere contractè. Phæstis comprobatur & hexametro Græco;

Φαισίδ' ὁ Λύμητος καὶ Νικομάχου γενετὴρ.

Nicomachus genus ducebat à Machaone herodæ Æsculapii filio, unde Aristoteles dicitur fuisse Ἰσοκρηταδῶν γένος. Nicomachus ille fuit medicus Amyntæ regis, qui pater Philippi, avus Alexandri Magni fuit. In hujus memoriam & Aristoteles filium suum vocavit Nicomachum, eum ad quem Ethica scripsit, quæ vocantur inde Nicomachia, ad discrimen Magnorum & Eudemiorum. Triplicia enim Ethica Aristoteles reliquit. Quamquam Cicero dubitat an non Ethica illa sint ipsius Nicomachi, & Suidas ait ab Nicomacho hoc esse Ethicorum libros relictos. Olympiodorus in Gorgiam Platonis, & Ammonius, vel Damascius, vel alius in vitâ Aristotelis à Nunnesio editæ, & Bessario libro 1. adversus calumniatorem Platonis, ajunt Aristotelem triennio audivisse Socratem. Quæ est ἀνιστησία. Nam Socratem constat obiisse anno 1. Olympiadis xcv, Aristotelem natum anno 1. Olymp. xcix. ut minimum xv. anni intersint inter obitum Socratis & nativitatem Aristotelis. Ergo non xx, sed xvii anno adiit Platonem, ut docet Laërtius; eumque audivit annos viginti. Post obitum Platonis annos vixit xxvi. nam obiit annos natus lxxii. Hæc de patriâ, parentibus, præceptoribus Aristotelis suffecerint: cætera ex Laërtio petantur.

§. 2. *Aristotelis ea laus est, quod non philosophia usus mythicâ, ut poëta veteres; non symbolicâ, ut Pythagoras, & sape etiam Plato; sed apertâ, ut qua proprietate gaudeat verborum.*

Tria hæc Philosophandi genera strictim complexus Simplicius in præmio libri ἑκατομωίων. ubi de Aristotele sic scribit: εἰδὲ μύθοις, εἰδὲ συμβολικῆς αἰνίγμασι, ὡς ἔχει αἰετὶ τίνες ἐχρήσαντο, ἀλλ' αἰνὴ παντὸς ἄλλο εἰπετοῖματ' ὅτι τὴν σαφῆσαν ὡρεθήμισον.

§. 3. *Altero*

3. *Altera Aristotelis laus est, quod cateris sit μεθοδικώτερος, ut qui accuratius definiat ac dividat, meliorique omnia ordine pertractet.*

Nec dubium, quin hoc artificium Logicæ debuerit, quæ verè est, quod dicitur; nempe ὀργανον omnium artium ac scientiarum.

§. 4. *Tertia ejus laus est, quod magis Platone excoluit scientiam naturalem; in quâ quantum præstiterit, monumenta ejus docent. Præsertim quæ de animalibus perscripsit.*

Quod opus esse genuinum, ne illi quidem ambigunt, qui nobis persuasum ire volunt, tria duntaxat opera esse ipsius Aristotelis; ut inferius dicemus.

§. 5. *Quid multis? si non partem aliquam virtutum, sed totum philosophum consideremus, unus ille ingenii acie ac varietate doctrinæ, eorum qui præcesserant, lumina tantum præstinxerit, quantum Sol Luna & siderum minorum.*

Luculenta ejus laus apud Cic. lib. v. de Finibus. *Etiam Plinius appellat summum in omni scientiâ virum.* De eodem sic Quintilianus lib. x. *Quid Aristotelem? quem dubito scientiâ rerum, an scriptorum copiâ, an eloquendi suavitate, an inventionum acumine, an varietate operum, clariorem putem.* Galenus lib. ii. de decretis Hippocratis & Platonis docet, nullam Philosophorum sectam magis constantem ac certam, ac magis suis principiis consentanea dicere. Arnobii est lib. i. i. adversus gentes: *Aristoteles vir ingenio præpotens, atque doctrinæ præcipuus.* Macrobius quoque non veritus dicere, *nihil tantum virum ignorare potuisse.* Eundem quoque *Finem humani intellectus* appellat B. Hieronymus lib. i. adversus Jovinianum. Vide & alia ejus elogia apud Cic. i. Tusc. & lib. i. de Divin. Plin. lib. vii. Histor. Natur. cap. xvi. & xviii. cap. xxxiv. Ælianum var. Hist. xi. lib. Lactantium de irâ, cap. x. Augustin. lib. vii. de civit. Dei cap. xi.

§. 6. *Hoc nomen habet, quod gloria studio labore vitio
alios*

alios fugillandi; ac ne quidem candidè semper alienas referat sententias.

Quod facilè vident, qui legunt ea, ubi alienas opiniones refellit: uti Platonem, Democritum, Parmenidem, alios. Estantius ait Platonem dixisse: In nos recalcitrat Aristoteles, ut in matrem pulli. Sed dissensus à magistro, si modestus sit justusque, laudem meretur. Veritatis enim studium præponi debet. Verùm hoc non est, ubi calumniandi libido antevalet. Veritas enim non indiget mendacio.

§. 7. Qui dictione etiam à Platone vinci ajunt, non cogitant, Aristotelem amasse strictius dicendi genus, quæ hoc accommodatum philosophia. Hac ratio est, cur non figuras ac tropos sectetur, sed rerum & sententiarum gaudeat brevitate. Videbat rem alioqui in longum nimis trahi, & artis præcepta reddi sapiùs obscuriora.

Nec sanè Aristoteles minus Platone in Rhetoricis valuit artis peritiâ: sed aliis intentus, exercitationem posthabuit. Quod non cogitant logodædali quidam, quibus Aristoteles non sapit: ac Plato in ore est, non quasi laudes tanti viri capiant, vel iis etiam capiantur, sed ut succum loliginis faciliùs tegant.

§. 8. In iis tamen, quæ ad Deum, & omnem spiritualem naturam, mundique originem pertinent, longè vincitur à Platone.

Cujus causa, quòd Aristoteles, ut benè de eo Simplicius, divina examinaret ad naturam, nihilque admitteret, nisi ratione fultum: Plato etiam, quæ traditione essent subnixæ. Atqui profectò & traditioni suæ esse honos debet, quando ratione non refellitur. Multa enim verissima per manus ad nos deveniunt, quæ soli negant imperiti, ac temerarii, omniaque suo intellectu metientes, quasi reliquos præ iis sænum esse oportere.

§. 9. Librorum Aristotelis alii sunt ἀποαυτῶν, sive ἀποαυτῶν, alii ἰξωγενῶν. In his nō docerat, sed pinguiori Miner-

*Meneruâ rationes addebat: in illis accuratè genuinis
discipulis omnia demonstrabat.*

Vide Gellium lib. xx. cap. iv. Clement. Alexandr. lib. v. Σερωμ.
& Ammonium in Categ. Aristotelis. Quorum hic ait, ἀκροα-
τικὰ sic dici, Ἀφ' ἃ πρὸς τοὺς γνησίους ἀκροαταῖς ποιεῖσθαι τὸ λόγον: quia
sermonem haberet, cum genuinis ac propriis discipulis. Etiam monet,
cauisse αὐτὸν πρὸς ὅσους, utpote, ἐν οἷς ἐξ οἰκείας προσηώπευε καὶ διδασκα-
λίαν ἐποιεῖτο. τὰ δοκῶν ἢ αὐτῷ λέγειν, καὶ δι' ἑπιχειρημάτων ἀκρεβέ-
σαιτων, καὶ οἷς ἔχ' οἷοι τε εἰσὶν οἱ πολλοὶ ἀφ' ἑσθλοῦ θύσασθαι. In quibus ex pro-
pria doceat personâ, eaque dicat, qua sibi ipsi visa sint, ac probet omnia ex-
quisitiis argumentis, & qua homines vulgares assequi non possint. Plutar-
chus quoque in Alexandro clarè ait fuisse, hæc τῶν ἀπορήτων καὶ
βαρυτέρων διδασκαλίαν, ex interioribus, & gravioribus disciplinis. At-
que addit vocari à Peripateticis ἀκροαμαλικαῖς, καὶ ἐποπικαῖς: nempe
tralatatione à sacris Eleusiniis. Nam primo quadriennio institue-
bantur ac dicebantur μύσαι: qui in vestibulo ante sacrarium
consistebant, & quinto anno jus erat sacra in interiore sacrario
clausa conspiciendi: unde ἐποπικαὶ vocabantur. Similiter igitur ea
philosophiæ arcana quæ discipulis suis pandebat Aristoteles,
ἐποπικὰ dicebantur.

Lucianus itidem, dialogo, qui βίων. πρώτας inscribitur, dividit
ejus scripta in ἐξωτερικὰ καὶ ἐσωτερικὰ; quorum posteriora sunt
eadem, ac ἀκροαμαλικὰ. De altero autem librorum genere, sic
scribit Clemens: Διαλογικὰ ἢ ὅσα μὴ ἐξ οἰκείας προσηώπευε συνέγραψεν,
ἀλλ' ὡσπερ ὁ Πλάτων ἐποκλειόμενον ἑτέρων προσηώπευε, ἅπρην καὶ ἐξωπε-
ρικὰ ἐκάλειν, Ἀφ' ἃ πρὸς τινὲς πολλῶν γεγραμμένων ὡφέλειαν. Dialoga
prescripta esse, ubi non ex propria scribat personâ: sed ut Plato, alias in-
ducat personas, quæ & exoterica, quasi externa dicantur, quia ad vulga-
rium etiam hominum utilitatem scribantur.

§. 10. Ἀκροαμαλικὰ docebat manè, idque ambulans, unde
is περίπατος ἐσθινὸς dicebatur; ἐξωτερικὰ docebat vespere,
unde vocabatur ἐσθινὸς δελινή.

Testis Gellius lib. xx. cap. iv. Nempe Ἀφ' ἃ τῆς ἡμέρας μα-
τῆς ἰδονεαῖς studiis subtilioribus. Notum illud Plinii, Aurora Mu-
sicis amica. Minus verò idoneus homo, post sumptum cibum, præ-
sertim

fertim si largiùs id fiat, ut multis mos est: ita ut homo, vix sit semihomo, quia cibus obnubilet mentem, corpusque onustum, ut poeta Venustinus inquit,

* lib. 2.
Sat. 2.

— *animum quoque pręgraret iud,*
Atque affigat humo divina particulam aura.

Videndus omnino Samuel Petitus lib. II. obs. c. II. p. 172.

§. II. *Vtinam autem Aristotelis libri integriores pervenissent ad posteros.*

Aristoteles bibliothecam suam reliquit Theophrasto: is Neleo, qui Aristotelis fuerat discipulus, Theophrasti condiscipulus, ut ex Laertio liquet. A Neleo, teste Athenæo lib. I. eos mercatus Ptolemæus Philadelphus, inque Alexandrinam transtulit bibliothecam. Quod capiendum de libris, qui alium quàm Aristotelem haberent auctorem. Nam eos quos Aristoteles scripserat, retinuit Neleus, ac posteris transmisit, hominibus indoctis, qui eos sub clavibus sinè ullo usu habuere. Hinc apud Strabonem dicuntur *κατάκλειστα βιβλία*: de quibus videndus Salmasius ad Tertull. de Pallio, pag. 128. Imò, metuentes ne eos sibi Pergameni reges vindicarent, diu sub terrâ occultarunt, ubi squalle situque obducti, à blattis etiam ac tineis corrosi. Atque hoc primum malum librorum eorum fatum fuit. Ecce alterum. Hosce libros emit Apellico Tejus, homo *φιλόβιβλος* magis quàm *φιλόσοφος*, ut cognoscimus ex quinto Athenæi. Hic erosos lacerosque describi ac vulgari curavit, sed philosophiæ non admodum gnarus, ut dixi, nec iudicio, nec fide semper bona. Eo defuncto, Sylla, Athenarum potitus, annis circiter ducentis quinquaginta post Aristotelis excessum, illos, ut Plutarchus in Syllâ narrat, Romam misit, ubi usum eorum à bibliothecæ præfecto impetravit Tyrannio grammaticus, qui Aristotelis erat studiosus. Bibliopolæ autem eos describi curarunt, sed ab ineptis librariis, & qui ne quidem cùm exemplari conferrent quæ descripsissent. Ita tertio malè habitj sunt Aristotelis libri. Ab hoc Tyrannione nactus est eos libros Andronicus Rhodius: ut est apud eundem Plutarchum. Is primus Aristotelis libros in multa exemplaria transfundi & publicari curavit. Atque exinde ex acroamaticis etiam coeperunt disputare, & magis *ἀεισπαλίξειν*,
cùm

cum intermedio tempore, mox ab excessu Theophrasti, librorum potissimum defectu, non nisi ex Exotericis, dialecticè & probabiliter disputari soleret.

S. 12. *In illo præterea infelix Aristoteles fuit, quòd tot ejus libri deperierint.*

Ut cognoscere est partim ex catalogo, quem apud Laertium habemus: partim exinde, quòd eorum, qui nunc existunt, nulli dialogo scripti sint, tales verò multi olim fuerint: Unde Cicero ad Lentulum ait, tres libros suos de Oratore dialogo exarasse, more Aristoteleo. Tales illi Laertio memorati, Sophista, & Menexenus, qui de moribus erant; item Nerithus, & Gryllus, qui de Oratoria facultate tractabant: item Eudemus sive de Anima dialogus. Idem firmat Cicero epistolâ ad Quintum fratrem: ubi ait Aristotelem, quæ de Rep. & præstante viro tradit, ipsum loqui: ac verò, siquid non probet, inducere alios loquentes. Idem quadam ad Atticum epistola refert, se in singulis libris uti præmio, ut ab Aristotele factum in ἔξωτεροις. At iis in libris qui supersunt, contra se rem habere videmus.

S. 13. *At contra idem felix eo, quod tam multi effugerint Libitinam.*

Nec enim audiendus Cælio Curio Secundus, qui in Judicio de scriptis Aristotelis, tria solum genuina arbitratur. Ea sunt Historia Animalium, liber de Mundo, & Rhetorica ad Alexandrum. Et hoc potuit Curio aliis persuadere: ut editori Snellio Ramæi Philosophiæ Syntagmatis, *cui Rodolphi Goclenii præfatio præmittitur, Atqui rectè quidem de Historia Animalium. Verum Aristotelis non est libellus de Mundo. Non rectè adeò de Deo mundum gubernante is sensit, quàm hic auctor facit. Et Rhetorica ad Alexandrum sunt Anaximenis Lamproseani, qui & ipse magni Alexandri magister fuit. De hoc alibi diximus. At quis ferat, quod Περὶ Ἑρμηνείας librum, item Ἀνωλικά utraque, imò & Φυσικῆς ἀεροδύσεως libros, & illos de Anima, ac tot alios, in quibus planè Aristotelis genius spirat, parenti verò abjudicat? Quis non iudicium in hoc iudicio desideret?

* Edit.
Franco-
furti an.
1596.

S. 14. *Hoc etiam valde facit ad laudem Aristotelis, quòd etsi diu*

*etsi diu Aristotelis libri fuissent occultati, nec leviter
visitati, ubi tamen semel in hominum manus devenere,
ita omnium animos occuparunt, ut quacumque penè
contra eum Chrysippus, & Stoici in Logicis, aut Phy-
sicis disputassent, ea judicio omnium improbarentur.*

Inde Theodorus Logotheta ait, suo ævo, nec vestigium, aut
volam Stoicorum superuisse. Sed patrum nostrorum ævo fuit,
qui se iterum Aristotelem ex scholis ejicere, suaque exilia & fri-
volariis substituere posse existimavit. Est is Petrus Ramus, vir
doctus ac disertus, sed qui non debuerit tam petulanter ingenio
suo abuti. Ut mirer viros esse non malos, qui sic in deliciis ha-
bent ejus Animadversiones, sive Scholas: quas ille, ut adverfa-
riorum aliqui acerbè fati scribunt, oratorum & poetarum flo-
sculis exornavit, ut faciliùs & certius inficeret juventutem: quò-
modo Athenienses iis, quos capitis condemnarant, miscbant
cicutæ paucillum vini, ut id suâ tenuitate cicutæ crassitiem ex-
tenuaret. Ego autem, etsi in Ramo immodestiam illam proba-
re non possum, benignius tamen censeo. Et cogitandum Ari-
stotelem ipsum non multò melius eos excepisse; à quibus dissen-
tiret. Hoc etiam imminuit culpam, quòd quo tempore illa scri-
bebat Ramus, tanto in pretio passim esset Aristoteles, ut non
minùs piaculare judicaretur, si quis ab Aristotele dissentire ausus
esset, quàm si Sacras negaret literas. Appositè olim Irenæus lib.
I. adversus hæreses, cap. XIII; *Qui in pbreneticam passionem incide-
runt, aut plus rident, & valere se putant, & quasi sani omnia agunt; qua-
dam autem & quasi plus quàm sani sint; tanto magis malè habent. Si-
militer autem & hi quo magis plus sapere putantur enervantes semet ipsos
super tonum sagittantes, tanto magis non sapiunt.*

S. 15. *Aristotelis ea fuit φιλαναγωγία ut Plato ejus do-
mum soleat vocare οἶκον ἀναγωγίαν, domum anagnostæ;
ut in vitâ Aristotelis refert Hermæas Ammonius.*

· Etiam librorum amorem indicant illa Agellii verba lib. III.
cap. XVII: *Aristotelem quoque traditum libros pauculos Speusippi philo-
sophi, post mortem ejus, emisse talentis Atticis tribus. Ea summa fit nammi
nostri HS duo, & septuaginta. Quin hic prævit Ptolomæo Lagi-
dæ, &*

φαι, & Philadelpho in bibliothecæ structurâ. Unde Strabo lib. XIII: Αριστοτέλης πρῶτος, ὃν ἴσμεν, συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας αὐτὸν ἐν Αἰγύπτῳ βασιλείας βιβλιοθήκης σύνταξιν. *Aristoteles primus, quos novimus, librorum collector fuit, & reges in Ægypto docuit bibliotheca constructionem.*

§. 16. *Ex Interpretibus Aristotelis maximè legendus Alexander Aphrodisiensis.*

Quippe non solum omnium is interpretum antiquissimus, (nam Herminus, qui antiquior, paucis exceptis fragmentis, periit nobis) sed etiam Aristotelis sententiam maximè sequitur, optimèq; defendit. Nec, ubi Aristoteles à Platone dissentit, defendit Platonem, ut Simplicius facit, vel cum Aristotele conciliat, ut Ammonius: sed addit argumenta alia, quibus Aristotelis sententia roboratur. Quemadmodum & aliarum sectarum opiniones impugnat, præcipuè Stoicorum. Ob ista Plotinus Alexandrum potissimum ad intelligendum Aristotelem consulere solebat: ut in vitâ illius Porphyrius testatur. Etiam B. Hieronymus in epistolâ ad Domnionem refert, se Alexandri commentarios Latinè vertisse, ad philosophiam discendam. Cyrillus quoq; adversus Julianum ejus testimoniis gaudet, ac Aristotelis amatorem appellat omniumque Philosophorum diligentissimum & acutissimum fuisse tradit. Imò Græci eum καὶ ἑξοχλῶ vocant ἐξηγητῶν sive interpretum. Multumque ejus scriptis profecit Aben-roes, ut passim liquet. Interdum tamen parum abfuit, quin ab amore Alexandri me abstraherent interpretum illi, qui è Platonis schola profecti sunt. Sed rediit amor, ubi vidi invidiam esse, quæ eos erga Alexandrum, summum Aristotelis vindicem, iniquiores facit.

§ 17. *Solum opus, ut germana Alexandri à nothis discernamus.*

Cujusmodi sunt commentaria in meteora, & alia nonnulla: Vixit Alexander Aphrodisiensis temporibus Severi Imperatoris & filii ejus Antonini, circa annum CCX: ut alius ab eo sit Alexander, à quo in Peripateticâ philosophiâ institutus fuit M. Crassus, ut in ejus vitâ refert Plutarchus.

§. 18. *Magna etiam gloria est aliorum interpretum, maximè*

ximè Themistii, Simplicii, Procli, Olympiodori, Ammonii, & Philoponi.

Porphyrus mirro etſi ejus ſit εἰσαγωγή in Ariſtotelem. Nempe quia Platonicus magis, quàm Ariſtotelicus fuit. Diſcipulus erat Plotini condifcipulus Origenis, præceptor Jamblichii, Sed & iſti Platonici.

Themistius cognomento Euphrades, quod à facundia habuit: ut Tyrannus dictus Theophrastus, Dio, & Ioannes vocati Chryſoſtomi: vixit Constantis, Joviani, Valentis, & Valentiniani Imp. temporibus. Ad quos etiam orationes ejus extant. Præceptorem eum vocat Auguſtinus lib. de Categoriis.

Olympiodorus Alexandrinus Philoſophus, claruit circa annum cccclxxx. Nempe Leonis, & Zenonis Imperatoris temporibus. Suidas ait præceptorem fuiſſe Procli Lycii. Qui & Syriannum, & Plutarchum Neſtorii filium, & Heronem Mathematicum audivit.

Proclus Lycius, cognomento Διάδοχος, qui ſucceſſor erat Scholæ Platonicæ, poſt Porphyrium contra Chriſtianos ſcripſit.

Iſdem temporibus vixit *Ioannes*, cognomento *Philoponus*: quſ Proclo reſpondit.

Procli Diadochi diſcipulus ſuit *Ammonius*, ut ipſe ait initio commentarii in Ariſtotelem περὶ ἑρμηνείας.

Iſdem temporibus vel paulo poſt claruit *Simplicius*. Nam ſub Juſtiniano Imperatore floruiſſe conſtat ex Suidâ, voce Δαμιάσι. Ubi & addit eum fuiſſe Phrygem, & Damascii Stoici familiarem. *Simplicius* ſæpè acriter invehitur in *Philoponum*: quod oſtendit fuiſſe vel juniorem, vel æqualem *Philopono*. Ut errent, qui ex Niephori lib. xvi. cap. xlvi. colligant, eum vixiſſe ſub Phocâ, hoc eſt circa annum ſexcentefimum.

§. 19. *Inter Arabas Ariſtotelis interpretes princeps locus debetur Avenrois, unde & καὶ ἑξολὼν dictus Commentator.*

Qui Græcè neſcius feliciter aded mentem Ariſtotelis perſpexit, quid non feciſſet, ſi linguam ſciſſet Græcam? Nomen ei ſit Latine Roſius. Hinc Aven-rois dictus, quaſi Rois filius. Cordubæ

cluae floruit in Hispania anno à nato Christo c10 et. Testis Conciliator, ac Ægidius Romanus, qui & auctor est filios Averrois fuisse in aula Frederici Barbarossæ. Vide Ægidium in Quodlibetis lib. 11. quæstione de unitate intellectus. Nec Philosophus modò, sed medicinæ intelligentissimus fuit: de qua reliquit libros vii, *Colliget* inscriptos, quia universalia pertractat. Quàm parum viderit tantus Philosophus in vera & unica salutis via, arguit illud, quod diceret, malle se animam suam esse cùm Philosophis, quàm cùm Christianis.

§. 20. *Aristoteli successit discipulus Theophrastus Eresus, qui cum prius vocaretur Tyrtaus, postea ob divinam facundiam à præceptore Theophrasti nomen accepit.*

De hoc ita Strabo lib. XIII: Τύρταμος δ' ἐκαλεῖτο πρῶτον ὁ Θεόφραστος, μετανόμεσεν δ' αὐτὸν Ἀριστοτέλης Θεόφραστον· ἅμα μὲν φέροντι τὴν ἑσπερίαν ὀνόματ' ἑκαφώνιον, ἅμα δ' ἔτι φερόσιν αὐτὴν ἕϊλον Ἰπσημαγόνων· ὅπαντες μὲν γὰρ λογίσι ἐπίησε σὺν μαθηταῖς Ἀριστοτέλης, λογιώτατον δ' Θεόφραστον. Theophrastus prius vocabatur Tyrtaus: sed Aristoteles hoc ei nomen fecit, simul ut prioris asperitatem fugeret, simul ut dictionis Theophrastæ præstantiam commendaret, tanquam divina. Omnes enim discipulos suos facundos, hunc facundissimum reddidit Aristoteles. Idem De hoc Tyrtaui nomine testantur Diogenes, Hesychius Illustris, Suidas, & Tzetzes Chil. 1x. cap. ccxcvi. Hujus verba; Καὶ ὁ Θεόφραστος αὐτὸς, ὁ Τύρταμος τὸ πρῶτον. Et Theophrastus ipse, qui prius Tyrtaus.

§. 21. *Quid mirum igitur, si ad viri doctissimi pariter, ac disertissimi ἀκροάσεως confluerent discipuli circiter bis mille auditores.*

Auctores Laërtius, & Hesychius.

§. 22. *Omnino hic jungendus præceptori suo, partim ob ea, de quibus Aristoteles non scripsit: partim ob illa, de quibus Theophrastus melius scripsit.*

In nonnullis enim ab Aristotele dissensit, ut de causa efficiente pluviarum, item causa ventorum obliquorum: & unde exeat

exhalatio calida & sicca : unde item sit salsedo maris. Magnitudo autem viri iudicio ipsius Aristotelis comprobatur, qui, cum duo inter Aristotelis discipulos præcipui nominis essent, Theophrastus Lesbium, & Eudemus Rhodius, ac morti proximus, utrum eligeret successorem, rogaretur, vinum Rhodium ac Lesbium adferri iussit, ac cum utrumque gustasset, Rhodium oppido bonum esse dixit, sed Lesbium suavius : atque ita lepide & verecundè Lesbium Theophrastum Eudemo Rhodio prætulit ; ut autor est Gellius lib. XIII. cap. v. Sed pro Eudemo perperam *Menedemum* apud eum legitur : ut jam aliis observatum. Nam eundem cum Theophrasto jungere solent Alexander & alii : Menedemus verò vix ulli memoratus.

• §. 23. *Adversus tantum virum scribere ausa est Leontium.*

Cic. lib. I. de Nat. Deorum. *Meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa, scito illa quidem sermone, & Astico.*

§. 24. *Theophrastum audière, Strato Lampfacenus, & Demetrius Phalereus : Stratonem Lycon Troadensis Lyconem Aristocentus, hunc Critolaus Phaselites, illum Diodorus.*

§. 25. *Adrastus Peripateticus citatur à Theone Smyrno ad Muscorum cap. VI.*

Ac meminit etiam Porphyrius in vita Plotini : inque hypomenematis ad Ptolemæi Harmonica.

• §. 26. *Paulò ante annum millesimum centesimum Peripatetici sunt divisi in Nominales, & Reales.*

D E C Y N I C I S .

§. 1. **A** B Academicis, & Peripateticis redeo ad Socratis discipulos, qui nova fuerunt secta auctores. Ex iis superest Antisthenes, Cynicorum pater, patria Atheniensis, sed è matre Phrygiâ.

De Antisthene hoc vide Laërtium, & Hesychium Illustratum. Est de eo Epigramma hoc Aufonii :

Inventor primus Cynices ego. qua ratio isthac ?

Alcides multo dicitur esse prior.

Alcida quondam fueram doctore secundus,

Nunc ego sum Cynices primus ; & ille Deus.

§. 2. *Gymnasium in quo docebat κνωόσαργες dicebatur*

Quasi κνωός ἀργῆς γὰς, à κνώον quod canem notat, & ἀργῆς, quod eum album, tum velocem significat. Utramque causam nominis adducit Hesychius his verbis : κνωόσαργες τόπος ἱερός. ἰνομώδης ἢ δὸπὸ ποιανῆς αἰτίας. Διόμυ φασι θύοντι τῷ Ἡρακλεῖ, κνώον ἀρπίσας τὰ μέγιστα ἐφάρα διωκόμενον. ἐκλήθη ἢ ὁ τόπος ἔτος, ἢ δὸπὸ τῆς λακόντης ἢ κνωός, ἢ δὸπὸ τῆς τάχους. Cynosarges, locus sacer : appellatus sic ob huiusmodi causam. Ajunt, cum Diomus Herculis sacrificaret, canem rapuisse victima femur, ac profugisse alius insequentibus. Locus autem ita vocatus ab albore canis, vel à velocitate. Eadem de re Suidas in Κνωόσαργες. Sed apud hunc legas sacrificasse tunc Διδυμον τὸ ἀθηναίων ; ubi ex Hesychio Διόμω legere malim.

§. 3. *Ab Gymnasio hoc multorum iudicio sectatores Antisthenis vocabantur Cynici.*

Eam nominis causam inter alios adferunt Laërtius, & Hesychius Illustratus. Sed Empiricus inde dictos censet, in Pyrrh. lib. 1. cap. xiv. quia canum instar tuerentur bonos, malos allatrarent & invaderent. Ammonius quoque comment. in Categ. sic dici ait ἀπὸ τῆς παρρησιαστικῆς. Est enim canis animal liberum, ac magnis virtutibus. At tamen qui Cynicis malè vellent, sic dici

94 DE PHILOSOPHORUM SECTIS.
ajebant, à canina impudencia. Unde Cynicos vocatos quoque
ait B. Augustinus lib. de Nuptiis & Concup. cap. xxii.

§. 4. *Antisthenem audivit Diogenes Sinopensis.*

Eum rident imperiti: at mirabatur Alexander M. Et quod
amplius, miratur etiam Basilus M. libro de legendis gentilium
libris.

§. 5. *Diogenem hunc Cynicum audière Momimus Syra-
cusanus, Onesicritus, seu Eginensis, seu Astypulaen-
sis, & Crates Thebanus. Cratetem audière uxor ejus
Hipparchia, frater hujus Metrocles, & Menippus Phœ-
nicus: ut de Zenone Cittico nihil nunc dicam.*

Laërtium de iis vide lib. vii. Uti & de Menedemo Cynico,
Coloti Lampiaceni discipulo.

§. 6. *Cynicus fuit Menippus.*

Unde Varro Saryris suis, quas aliqui Cynicas vocant, *Menip-
pearum* nomen fecit: sicut ostendimus lib. iiii. de Arte Poëtica
cap. x.

§. 7. *Demetrius Cynicus tempore vixit Domitiani Ca-
saris.*

Corinethi vixit, atque omnem Cynicorum philosophiam
complexus fuit. Phavorinus etiam in orationibus meminit.
Testis Philostratus lib. iv. de vita Apollonii cap. viii. ubi etiam
narrat, ut discendi causa Apollonium fuerit sectatus, sicut olim
Socratem Antisthenes. Atque hoc ipsum ætatem ejus satis do-
cet.

§. 8. *Indolem Cynica secta egregie expressit Arrianns.*

Quem vide in Epiet. lib. iiii. Dissert. cap. xxi. quod est *mei
numquam*, hoc est de Cynicismo.

§. 9. *Ex eo liquet philosophiam hanc plane fuisse mascu-
lam ac generosam.*

Atque ut talem laudat Seneca: præsertim in Demetrio: qui
lib. vii.

lib. VII. de Benef. c. I. *Vir magnus, etiam si maximis comparatur: ac postea cap. VIII. Vir exacta sapientia. Epist. LXII. Virorum optimus: quem secum circumferat: atque addit, Relictis consubiatis cum illo seminudo loquor, illum admiror. Quidni admirer? Vidi ei nihil deesse. Item Epist. XX: Ego certe aliter audio, qua dicit Demetrius voster, quam illum vidi nudum, quanto minus, quam stramentis incubantem! Tunc enim non praeceptor veri, sed testis est. Etiam cum laude ejus meminit Tacitus XVI. Annal cap. XXXIV.*

§. 10. *Cynici dicebant finem suae sectae esse vivere ex virtute.*

Vivebant autem tenuiter, contemti opibus, gloria, nobilitate, etiam herbis & frigida utebantur, ac testis obviis, & doliis. Aiebant Dei proprium esse, nullis indigere; Deo similibus, egere paucis. Etiam iis placuit, virtutem doceri posse, amitti non posse. Auctor Suidas in Κυνισμός. De Ανομοθονία Cynicorum, & austeriorum philosophorum Salmaf. in Tertull. de Pallio p. 386. 387.

§. 11. *In Cynicismo fugienda impietas, amplectenda frugalitas.*

Sic factum ab Herone Alexandrino: ut narrat Gregorius Nazianzenus, oratione XXI^{III} *, quae in ejus est laudem: Κωινῆς τὸ μὲν ἄρεον ἀλατῆρος, τὸ ἡ ἀντιεπιτον ἐπαυσιόους. In Cynicā quidem sectā execratus impietatem, frugalitatem vero laudans.

* p. 412.
edit. Morrell. anno 1609.

§. 12. *Sed una eorum inverecundia vituperari soles: ut qui in propatulo omnia auderent, qua per se non essent inhonestā.*

Sanè Crates & Hipparchia in propatulo coibant. Ac communem opinionem etiam Tullius sequitur, cum in primo de officiis ait; Cynicorum natio tota ejicienda est. Est enim inimica verecundiae, siue quā nihil rectum esse potest, nihil honestum.

§. 13. *Multa etiam alia, ut homines corrigerent, agebant, qua planè abhorrerent à sensu communi. Quod liquet ex Diogenis Cynici vita. Nimirum modum excessere, non ut excederent alii, sed ut facilius hi intra cum re-*

eam revocarentur. Quod non attendunt, qui sic Diogeni insultant, quasi magnus ille vir sapuerit infra homullos illos, vel inanis gloriola studio ista fecerit.

Ipse melius cur sic egerit, exponit apud Laertium lib. vi : *Μιμῶδ' ἔλεγε τὸν χοροδιδασκάλου· κτὶ γε κείνους ὑπερ τόνον ἐδιδόναι, ἕνεκα δ' αὐτῶν λοιπῶν ἀψαδ' ἔπεσιν ἔτι τόνου.* Imitari se ajebat chori magistros : illos quippe tonum excedere, ut revocentur alii ad concentum. Atque hoc quoque Seneca sentit, libro de Brevitate vitæ cap. xiv. *Hominis naturam Stoicos vincere, Cynicos excedere.* Nimirum fecit, ut agricolæ, qui si plantæ in latus unum excrescant, revocant in alterum, quo ita medium consequantur.

§. 14. *Sed hoc sibi Cynicos propositum habere pauci capiebant, unde secta hac contemptui vulgo erat, & magis ac magis deficiebat.*

Itaque Sidonii ævo vix Cynici supererant. Unde sic ait:
Exclusi propè jam Cynici vix limine restant.

§. 15. *Eâ parte ab iis Stoici dissentiebant : quippe verecundiores, ac propterea habitu quoque differentes.*

Unde Satyricus

*Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata curat
A Cynicis tunicâ distantia.*

§. 16. *Sed dogmatis tamen magnopere conveniebant.*

Unde Laetius extremo lib. vi. cum dixisset. Cynicis & Stoicis de summo bono convenire, addit, *Ἐπεὶ καὶ ἡγωνία τις ἔδω πάντας αἰρέσειν ἔστιν· ὅθεν καὶ τὸ κωτισμὸν εἰρήκασι σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν.* Societas enim quadam est inter has sectas : unde & Cynicismam dixere, brevem esse ad virtutem viam. Designat autem Zënona, qui hoc elogio ornavit Cynicam sectam : ut ipse ait Laetius libro sequenti.

§. 16. *Nec sanè mirum, quandoquidem Stoica secta propages est Cynica.*

De quo deinceps dicendum.

DE STOICIS.

§. 1. *Stoica secta auctor est Zeno Cittieus.*

Strabo lib. xiv : Κίτιον ἐχὼ λαιμένα κλεισόν. ἐν τῷ θέν ἐστι Ζήνων, ὁ τῷ Στωικῆς αἰρέσεως ἀρχηγός. *Cittium habet portum, qui claudipote est. Hinc Zeno ortus, secta Stoica dux ac princeps.* Vitam ejus ex Diogene petere licet. Quanto fuerit ingenio, ex eo cognoscere est, quòd Carneades, adversus eum scripturus, aliquoties cerebrum elleboro purgarit albo; ut ait Aulus Gellius lib. xvi i. cap. xv.

§. 2. *Stoicis nomen à porticu, ubi docuit Zeno.*

Quasi dicas, porticenses, vel porticuarios. Docuit enim, ut ait Laertius, ἐν τῇ ποικίλῃ σοῦ τῆς καὶ Πεισιπαικτείας καλεμένης, σοῦ τῷ ῥαφῆς τῷ Πολυγνώτῃ ποικίλῃ. *In porticu Varia, qua & Πεισιπαικτείας dicebatur. Varia autem à Polygnoti pictura.* Addit deinde discipulos ejus priusquam σοῦ τῷ σοῦ Στωικῆς, dicerentur, à magistro Zenone Zenonios vocatos: atque ejus rei auctorem laudat Epicurum in Epistolis. Nec tamen eos primos Στωικῆς vocatos; sed prius hoc nomen possedisse σοῦ ἀρετῆς ἐν αὐτῇ ποικίλῃ, ποῦται, qui istis loci versarentur. Α σοῦ Στωικῆς factum, aucta vocalis quantitate: qua reservata, etiam Στωικῆς dixere: ut Comicus ille apud Athenæum lib. xii.

Ἀκούσατ' ὡς Στωικῆς ἔμποροι λέγῃ.

Vos Stoici me nugivenduli audite.

Ad Stoicam porticem alludit Tertullianus, cum in præscriptione adversus hæret. ait, *Nostram institutionem de porticu Salomonis esse.* Ac Apostolorum etiam ætate Stoicos Athenis durasse, vel ex actis liquet, ubi dicitur eos Athenis Paulo restitisse de Resurrectione docenti.

§. 3. *Habuit hac secta societatem cum Cynicâ & Academicâ. Quod inde fuit, quia tum Cynicos, tum Academicos audivit Zeno.*

Cicero lib. primo Acad. Quæst. *Speusippus autem, & Xenocrates, qui primi Platonis rationem auctoritatemque susceperant: & post eos Polemo, & Crates, unaque Crantor in Academia congregati, diligenter ea, quæ à superioribus acceperant, tuebantur. Iam Polemonem audiverant assidue Zeno & Arcefilas. Sed Zeno, cum Arcefilam anteiret atate, valdeque subtiliter differeret, & peracutè moveretur, corrigere conatus est disciplinam. Intellige autem Polemonem Academicum, qui tertius à Platone fuit, & discipulos reliquit Cratetem Atheniensem, & Crantorem Solensem: quos ipsos, Cicero hic designat. At diversus ab hoc Cratete erat Crates Thebanus Cynicus, Diogenis Cynici auditor: quem & ipsum Crateta audivit Zeno: ut auctor est Laërtius. Atque hinc cognoscere est, cur propè aded, tum ad Cynicos, tum ad Academicos accesserit. Audivit enim Cynicum Crateta: sed utcumque is conaretur mederi verecundiæ Zenonis, hic nihilominus permanfit, ut Laërtius ait αἰδήμων οἷς τοῖς ἢ κωϊκῶ ἀναρχωΐαν. Verecundus nimis pro Cynicâ impudentiâ. Audivit quoque Polemonem Academicum, & discipulos ejus: sed cum Cynicos quoque, imò & Stilponem Megaricum audisset, quædam in iis corrigere conabatur; præsertim postquam ei perpetuum certamen foret cum Arcefila, qui ἀναπαληΐαν, secundamque Academiam instituit.*

§. 4. Cùm autem Academia princeps fuerit Plato, Cynicis Aristhenes; ac uterque fuerit discipulus Socratis; ne illud quidem mirandum, quòd à Socrate ipso arcessatur fons & origo sectæ Stoicæ.

Et profectò planè Stoicum sapiunt illa Socratis verba apud Platonem in Phædone: Ω φίλε Πάν, καὶ ἄλλοι ὅσοι τῆδε θεοῖ, δόξα μοι καλῶ γενέσθαι τ' ἀνδρόθεν · τ' ἄξιωθεν ἢ ὅσα ἔχω πῖς ἐνὸς εἰναι μοι Φίλια · παύσιον ἢ νομίζοιμι ἢ σέφόν. *O amice Pan, & vos alii Dii hujus loci præfides, dato mihi bono pulcroque intus esse: atque ut externa quacunq; habeo, cum illis consentiant: divitem autem existimem eum, quæ sapiens erit.* Invocat Pana, hoc est, Universum sive Univerfi animam, quæ est Deus, uti mundus ipse ejus est corpus, vel domus, ac sedes. Invocat quoque Deos minores, nempe genios, huic illive loco præpositos. Optat ut ab animo sibi benè sit: de externis solum rogat, ut cum internis benè consentiant, iisque sitè

ritè serviant. Denique ait solum sapientem esse divitem. Quomodo & solus fit rex, liber, sanus. Hæc omnia quam probè cum Stoicis conveniant, nemo non videt.

S. 5. Sed cùm vetere solùm Academiâ is consensus fuit : cum secundâ non item : semper enim Zeno adversatus Arcesila. Quemadmodum & ejus successores adversati Stoicis.

Ex quibus Carneades, ut Gellius refert lib. xv. i. cap. xv. scripturus adversum Stoici Zenonis libros superiora corporis elleboro candido purgavit, nequid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilia usque animi redundaret, & constansiam vigoremque mentis labefaceret. tanta cura tantoque apparatu sui vir ingenio præstanti ad refellenda, qua scripsit Zeno, aggressus. Idem refert B. Augustinus libro i. contra Academicos.

S. 6. Nec convenire Stoicis potuit cum Peripateticis. Et si non desuerint, qui verborum potius, quàm rerum esse pugnam arbitrarentur.

In his fuit Antiochus, Varronis præceptor, qui librum scripsit de Stoicorum, & Peripateticorum concordia. Sed paucis potuit persuadere. Cicero lib. i. de nat. deorum; Miror Antiochum, hominem imprimis acutum, non vidisse, interesse plurimum inter Stoicos, qui honesta à commodis non nomine, sed genere toto disjungerent : & Peripateticos, qui honesta commiscerent commodis, ut ea inter se magnitudine & quasi gradibus, non genere differrent. Hac enim est non verborum parva, sed rerum permagna dissensio.

S. 7. Stoici Deum partim spectabant, prout est mens divina, ab opere suo, hoc est mundo separata : partim prout spiritus ille, mundo est immixtus, eumque animat ac gubernat. Priori ratione est spiritus igneus, non illo solum igni, qui in aris ac focis, vel subterraneis in locis, tenuior, puriorque ; sed illo etiam, ex quo Sol, Luna, sideraque sint. Cumque is ignis, unde sidera, sit inextinguibilis ; contra divinum ignem

æternum esse, atque adeò abs hoc igni, ex rudi materie, terra & aqua globum, & aëra, & sidera ipsa, atque adeò totum mundum, longè artificiosius manu humanâ elaboratum esse. Altero considerandi modo, Deus est mundo toti permixtus, ipseque mundi anima, mundus Dei corpus. Unde agebant mundum & sentire & intelligere, atque adeò Deum esse; & ut in homine ratio supremum locum occupavit, ita & in mundo principatum, quem Græci τὸ ἡγεμονικὸν appellant, esse loco summo. Æthera igitur Deum vocari, esseque & ipsum spiritum igneum: à spiritus naturâ, esse celeritatem; ab ignis naturâ, lucem & calorem. Solem proinde, Lunam, & Stellas, quia divinus ignis, igni eorum sit permixtus, etiam Deum esse: spiritum illum in inferiora dimanare: perque omnia diffundi, ita ut totus mundus sit animatus. Hinc, esse vitalem calorem in plantis & animantibus, animasque humanas esse illius ignei spiritus, hoc est, divina ipsius essentia particulas quasdam.

Ex his faciliè conciliare est, quod Stoici Deum, nunc spiritum, nunc mundum, nunc æthera, vel solem dicerent, quodque & in sublunaribus Deos agnoscerent. Nam Neptunus iis spiritus aquas permeans, vitalemque iis calorem præbens, uti Dis, sive Pluto, subterraneis: Ceres, terræ frugiferæ, & ita in aliis. Vide Balbum de his apud Ciceronem fusè differentem in Secundo de Nat. Deorum: item Laërtium in Zenone, Eusebium lib. xiv. de præpar. Euang. cap. vi. & lib. xv. cap. xiv. Phurnutum de Diis, & aliis.

§. 8. Fatali necessitate omnia fieri putabant.

Adversus quam sententiam disputant Justinus Martyr Apol. 1. Irenæus non uno loco: Epiphanius adversus hæresin v. & alii patrum.

§. 9. Universam autem Stoicorum Philosophiam breviter docebit

docebit Laërtius in Zenone: fufius in moralibus Enchiridium Epicteti: Item Simplicius in Scholiis, & eo copiofior Arrianus, qui differtationes ab Epicteto domi, vel in viâ habitas collegit, ac digeffit. Adeundus præterea recentior his Barlamus Gyraçenfis epifcopus in Phyficis. Cleomedes in Meteoris. In utrifque L. Seneca.

Vide & Cic. paradoxa, ac Plutarchum *Ἐὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων, & Ἐὶ Ἰουδαίων ἐνοιῶν*. E junioribus juvabunt Scoppii moralia Stoica, ac inprimis adeunda Lipfi duplex Soica manu ductio.

§. 10. Zenona Citticum audivit Cleanthes Affius.

Is qui ob laborem dictus *δ' ἄπειρος Ἡ ἑρκυλῆς*, alter Hercules: item *Φρεάντης*, quia ut de die haberet, quo studiis vacare poffet, noctu aquis è puteis trahendis manus locabat; ut est apud Laërtium, & Hefychium Ill. Ac meminere ejus rei quoque Valerius Maximus lib. vii. cap. vii. Et Seneca Ep. lxxiv. Arrianus in Epictetum lib. i. cap. xxvii, *Πῶς Κλεάνθης, αἶμα χολάζων, καὶ ἀντλῶν*: Vbi Cleanthes, simul studiis vacans, & aquam hauriens. Magnus omnino vir fuit: ut indicant reliquiæ ejus. Nam xxxvii. heroicos versus cum hemistichio apud Stobæum habes in Eclogis phyficis: & quatuor heroicos apud Clementem lib. v. *Στραμ*. Cætera quæ vidi, vel profa fcribuntur, qualia quædam apud Sextum, vel versus sunt jambici, idque partim apud eosdem: partim Plutarchum, & Galenum. Quinque etiam jambicos latine reddidit Seneca epist. cvix. Ingens is honos, quòd Affi, Æolidis urbe, ubi natus erat, statuam ei pofuerit Senatus Romanus: ut auctor est Simplicius, commentario in enchiridium Epicteti. Præclarisque elogiis insignitur à Fullio, cui *pater Stoicorum* dicitur lib. i. de Natura Deorum: Item *majorum gentium Stoicus* lib. iv. Academicarum Quæst. Meminit & præter alios Sidonius carm. ii.

— *Arrofo quicquid fapit ungue Cleanthes.*

Condifcipulus ejus fuit Perfæus Cittieus, quem à Zenone ad fe miffum, Acrocorintho præfecit Antigonus Gonatas: unde ejus ab Arato Sicyonio. Item Herillus, Arifto Chius, & Diony-

sius ὁ μὲν ἔφημεν : qui in nonnullis ab Zenone recefferunt. Item Athenodorus Solensis, qui & Senecæ memoratus non semel.

§. II. *Cleanthis auditor fuit Chrysisippus.*

Qui natus Solis, Ciliciæ oppido, quod Solœcisimo nomen dedit, atque ubi prædones bello piratico subactos collocavit Pompejus, unde & *Pompejopolis* vocata. Quantus autem is habitus sit, arguit verus illud à Laërtio allatum :

Εἰ μὴ γὰρ ἦν χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν σοφία.

Nam ni foret Chrysisippus, haud sit porticus.

Ac Tullius lib. 1. de Finib. ait : *Nihil esse à Chrysisippo prætermissum in Stoicis.* Vitam Laertius refert, uti & quæ scripsit. Mirum tamen præteriri ab eo nobile opus de providentia, ex quo excerpit, quædam Agellius lib. vi. cap. 11. Condiscipulus Chrysisippo fuit Sphæras Bosphoranus, Tullio memoratus in 1v. Tusc. Quæst. Chrysisippum contumeliosè quasi latrinam dixeris vocabat Zeno teste Tullio in 1. de Nat. Deorum. Crypsippum Carneades, quia esset exiguus, ita ut statua ejus in Ceramico posita à vicino equite occuleretur : teste Laertio.

§. 12. *Chrysisippum audivit Diogenes Babylonius : Diogenem Antipater, Antipatrum Posidonius.*

Galenus sive alius penè initio libri ἐπὶ φιλοσόφῳ ἰσοπέλειας : Ἡ γὰρ μὲν ἦν ἡ Σωκρατικῶν πάντων πολλῶν γενομένων ἕδρας ἴσῳ ἦν. καταδ' ἔπειτα ἦ, ὅς τ' ἐνέκλειστος ἦν βίον παρέλαβε. ἔτι Διογένης γέγονε ζήλων τῆς καὶ σοφισμοειδῆ καὶ τὰ σπληνδόμενα. τότε ἦ Ζήνων ὁ Κιτιεύς ἀπέκτισεν ὅσας σαικῶν φιλοσοφίαν ἐξέδρε. ἔτι μετέληθει τ' ἄλλων Κλεάνθους, καὶ τότε Χρύσιππος ἀκροάμενος, τ' ὁμοίαν ἀγωγὴν μετέληλυθε. ἔτι Διογένης Βαβυλωνίος ἀκροάτης γενοὺς, ἀνιπαύει καθηγητῆς γέγονε. τότε δὲ Πασιδάνιος ἠκροάει. Existimo, inquit, cum plurimi Socratici extiterint, neminem Socrati parem ; minorem autem quemque fuisse, qui contentionem de vita genere excisavit ; cujus imitator fuit Diogenes, & similia sequutus instituta : hunc audivit Zeno Citieus, qui Stoicorum Philosophiam invenit : cujus rationes secutus Cleanthes : hujus autem Chrysisippus auditor, similem institutionem accepit. At istius Diogenes Babylonius cum esset auditor, Antipatri magister fuit : Hunc verò Posidonius audivit. Idem refert Tullius in Lucullo, & vi. de Fin. Diogenes

Baby-

Babylonius est is ipse, qui bello Punico secundo P. Scipione & M. Marcello Coss. ut est, apud Cic. in Lucullo, publici negotii causa ab Atheniensibus cum Carneade Academico, & Critolao Peripatetico Romam missus fuit. Vide de eo Cic. lib. iv. Tuscul. & imprimis Gellium lib. vii. cap. xiv. & Macrobius i. Saturn. cap. v. Meminit & ejus Seneca lib. iii. de Ira cap. xxxviii, ubi apophthegma ejus refert; & Laertius in Diogene Cynico; ubi ait natum fuisse Seleuciae, vocatum autem Babylonium ob loci vicinitatem. Diogenis verò discipulus Antipater Sidonius, quem *acutissimum hominem* vocat Cic. lib. iii. de Officiis: ac Seneca *inter magnos secta hujus auctores* refert epist. xcii. Nec tamen tantus vir sermone audebat congredi cum Carneade: sed quasi voce esset mutus, solum calamo respondebat: unde dictus *καλαμοβόας*, quasi calamo-clamator: ut Plutarchus ait de Garrulitate: Antipatrum hunc audivit Panætius, ut Tullius ait lib. i. de Divinat. Patria fuit Rhodius, ut ait Strabo. Familiaris Lælii, ac junioris Africani: cujus & legatione in Ægyptum unicus fuit comes; teste Tullio iv. Acad. & Plutarcho in Apophtheg. Magnum nomen retulit libris de Officiis quibus scriptis, superfuit annis xxx: ut Tullius testis in iii. de Officiis. Etiam Antipatri discipulus erat Posidonius, ut discere est à Galeno, cujus verba attulimus: sed aliter Tullius lib. i. de Div. *Posidani doctor, discipulus Antipatri, Panætius*. Fortasè tamen & Antipatrum, & Panætium Posidonius audivit. Nisi Panætium, & Posidonium confuderit Galenus: uti factum ab Athenæo, qui eum cum Scipione Africano vixisse ait lib. xiv. Posidonius Apamea Syriæ oriundus, Rhodius tamen dici maluit, ut constat ex Strabone & Athenæo. Straboni lib. xvi. dicitur vir fuisse sui ævi *πλυμαθίατος*; *undique doctissimus*. Idem lib. xiv. tradit Remp. administrasse Rhodi. Quo cum Pompejus, è Syria abiens deflexisset, honoris hoc habuit Posidonio, ut, (quemadmodum Plinius ait lib. vii. cap. xxx.) *percuti de more fores à lictore veteris, & fasces janua submisserit is, cui se Oriens Occidensque submisserat*. Atque isti omnes in Græcia docuere. Non-omittendus autem Archidemus, qui voluntario exilio profectus ad Parthos, Babylone reliquit successores suæ sectæ: ut Plutarchus tradit lib. de Exilio. Meminere & Tullius in iv. Academ. & Strabo lib. xiv. Etiam magnum postea nomen

Socio-

Sotionis, quem Seneca præceptorem agnoscit epist. XLIX. & LVIII.

§. 13. *Multi ex nobilissimis Romanorum hanc sectam sequebantur. Ut Tubero, Cato, Varro: posteaque Thraseas Patus, Helvidius Priscus, Rubellius Plautus: etiam hanc amplexus imperator M. Antoninus, cujus tempore plures erant Stoici, quàm alius secta.*

Ut Sextus Empiricus narrat.

§. 14. *Nec mirum si secta hac sic placuerit gravissimis quibusque, cum nulla magis animum formet ad contentum rerum humanarum & patientiam in adversis.*

Unde Sen. de Const. Sap. cap. 1. *Tantum interesse inter Stoicos, & ceteros sapientiam professos, quantum inter viros & feminas. Et epist. LXXXIII. vocat fortissimam & sanctissimam sectam. Et quam pulcrum illud elogium apud Tullium IV. Tusc. Licet insectemur istos (Stoicos) metuo ne soli Philosophi sint.*

§. 15. *Etiam ex antiquis Theologis plerique à Stoicis profecti sunt.*

In his Pantænus Alexandrinus Antistes: qui ut de eo refert B. Hieronymus ad Indorum Brachmanas missus fuit, ut Christum prædicaret, philosophus philosophos facilius converteret, Stoicus Brachmanas, qui in multis convenirent. Discipulus ejus Clemens Alexandrinus: qui & ipse passim se Stoicum prodit.

§. 16. *Quid mirum? quando ea secta in aliquibus convenit cum religione Christianâ.*

Hieronymus in Esaie cap. x. *Stoici cum nostro dogmate in plerisque concordant.*

§. 17. *Nec tamen cuiusvis indoli equè hæc secta conducit: nam eos, quibus natura est fastu turgida, si corrigere non valet, magis etiam inflabit: sed modestum ingenium obtingat, magnis illud passibus ducet ad virtutem.*

Non

Non hoc diffiteri potuit Plutarchus, etsi Academicus ipse, & alias Stoicis satis iniquus. Sic enim scribit in Cleomene. Ἐχέ τὸ Στωικὸς λόγος πρὸς τὰς μεγάλας καὶ ὀξείας φύσεις ἄπιστοια καὶ ἀλόγιστον βαθεῖν ἢ καὶ πρῶτον κεραινεμένον ἦδει, μάλιστα εἰς τὸ οἰκτεῖον ἀγαθὸν ἐπιθῆδωσι. *Habet Stoica doctrina, si in magnam & acrem incidere naturam, quiddam lubricum & anceps: sin temperetur ingenio gravi ac miti, multum confert ad verum bonum.*

C A P. XX.

DE PYRRHONIS SIVE
SCEPTICIS.

§. 1. **Q**vos hæcenus Philosophos recensuimus, dogmatici fuere; Academicis plerisque exceptis. Nunc ad Pyrrhonios venio, quibus hoc nomen à Pyrrhone, qui sectam hanc condidit.

Vixit Pyrrho temporibus iisdem, quibus Theophrastus & Epicurus. Nam audivit Drysonem Stilponis filium, atque Anaxarchum Abderitam: quem etiam in Indiam comitatus. Præsens quoque erat cum Indus Anaxarcho exprobraret, quod regum aulas sectaretur, neminem autem doceret virtutem. Hoc Indus eò objecit, quia Anaxarchus esset ex comitibus Alexandri Magni; ut ex Laertio in Anaxarcho videre est.

§. 2. *Iidem etiam dicti Σκεπτικῶι, Δοπηλικῶι, Ζητηλικῶι, & ἰφελικῶι.*

Auctor Laertius in Pyrrhone, qui & causam singulorum adfert. Nempe dicebantur Σκεπτικῶι, quia semper σκέπτοντο, hoc est, rem considerant, nec unquam decernunt. Δοπηλικῶι quia semper δοπησι hoc est, dubitant. Ζητηλικῶι quia semper ζητοῦσι, querunt, nec reperiunt. Ἐφελικῶι, quia longæ inquisitionis non alius eventus, quàm ἐπιχῆ, hoc est, iudicii suspensio, sive assensionis retentio.

§. 3. *Hi non contenti incerto, quod statuebat nova ac Philonia Academia, cum Arcefila contendebant, res omnes*
○ *in se*

in se incertus esse: ut non magis affirmari aliquid, quam negari possit: vel contra.

Hanc eorum sententiam sic expressit Aristocles apud Eusebium lib. xiv. Præpar. Euang. Τα πείραγμα τῶ ὀπίου ἀδιάφορα, καὶ ἀπαθμήτα, καὶ ἀνέγκιστα. Ἀπὸ τῶτο μήτε τὰς αἰσθησίης ἡμῶν, μήτε τὰς δόξας ἀληθῆν, ἢ ψεῦδεσθ. Ἀπὸ τῶτο ἔν μήτε πρὸς αὐταῖς δύν, ἀλλ' ἀδοξάστεις, καὶ ἀκλινεῖς, καὶ ἀκομδάντες εἶναι, ὡς ἐνός ἐκαστὸν λέγοντες, ὅτι ἢ μᾶλλον εἶναι, ἢ ὅσα εἶναι, ἢ καὶ εἶναι, καὶ ὅσα εἶναι, ἢ τ' ὅσα εἶναι. *Res ex aquo indifferentes, incertus, injudicabiles. Propterea nec sensus nostros, nec rationes verum aut falsum dicere. Idcirco in hauc credi oportere, sed opinionationis expertes esse debere, & sine inclinatione, sine motione: de unaquaque re dicentes, Non magis est, quam non est, item, Est, Non est, Neque non est.* Hinc illæ voces eorum apud Sextum Empiricum, Οὐ μᾶλλον τῶτο, ἢ ἐκείνο· non magis hoc, quam illud. Item, Οὐδὲν οὐρίσω, nihil definitio. Similiter, Σκεπτόμενος Ἀσπελώ, Considerans perse vero. Præterea, Παντὶ λόγῳ λόγῳ ἴσῳ ἀντικείμεν. *Omni rationi ratio opposita reperitur.* Hoc appellabant ἀπίεψίαν, quia neque in hanc, neque in illam partem vergit sententia: Item ἀφασίαν, qua nihil dicitur, cum nec affirmetur, nec negetur. Nam ne illud quidem affirmare audebant, natos se, ac homines esse.

§. 4. *Idem negabant quicquam revera esse honestum vel turpe, justum vel injustum: sed homines judicium ferre pro legum instituto, vel consuetudine; cum non unum magis sit, quàm alterum.*

Auctores Laërtius, & Hesychius.

§. 5. *Pleniùs explicat hanc sectam Laërtius in Pyrrhone: sed in primis doctè eam tractat Sextus Empiricus, libris adversus Mathematicos, & Hypotyposeon libris.*

Nonnullieundem putant Sextum Chæroneum, qui ex Plutarchi sorore natus fuit. Verum de hoc alibi egimus.

§. 6. *Præterea hanc sectam propugnat eruditè Franciscus Picus Mirandula.*

§. 7. Tan-

§. 7. *Tanta autem est secta Pyrrhonia similitudo, cum mediâ sive secundâ Academiâ, ut difficile sit discrimen videre ullum.*

Circa eadem fere (inquit Seneca epistola LXXXVIII) Pyrrhonii versantur & Megarici, & Eretriaci, & Academici, qui novam induxerant scientiam, nihil scire. Vide Suidam in Πυρρώνιοι. Sed & alii quoque in hac fere sententia conspirant. Sextus tamen visus sibi hoc discrimen observasse, quod Arcefilas dixerit, ἐποχὴν esse bonum; assensionem, malam; idque secundum naturam: Pyrrho autem censeat, hæc ita esse ἢ ἔστιν, ἀλλὰ ἔτι τὸ φαινόμενον. Non secundum naturam, sed secundum id, quod apparet.

§. 8. *Sed accipe aliud etiam, & manifestius discrimen. Academici aiebant illud se comprehendere, quod nihil posset comprehendi: illud decernebant, quod nihil posset decerni. Pyrrhonii verò ne illud quidem comprehendere dicerent: neque illud decernerent, quod aiebant.*

Videre hoc est de Academicis, quod hi apud Tullium dicant in Lucullo: Non enim sumus ii, quibus nihil verum esse videatur; sed quibus veris falsa quedam adjuncta esse dicamus, tantâ similitudine, ut nulla in sit certa iudicandi, & discernendi nota.

§. 9. *Secta hujus fuit Timo, Sillorum scriptor, cui patria Phliis, Peloponnesi civitas.*

Suidas: Τίμων Φλιάσιος, ἢ αὐτὸς Φιλόσοφος, ἢ Πύρρων ἀγωγῆ. ὁ γεώτατος τῶν καλυμένων σιλλῶν, ἢ τοι ψόγος τῶν φιλοσοφῶν, βιβλία γ. Timo Phliasius, & ipse Philosophus secta Pyrrhonia, qui scripsit, quos vocant Sillos, sive vituperationes philosophorum libris tribus. Meminit & Stephanus in Φλιάς, ubi dicitur ὁ ἐστὶ σιλλῶν γεγενημένος. Silli autem dicebantur, quia opere hoc sales ac disteria in philosophos jaceret. Complures exinde versus citant Laertius, & Sextus philosophus: aliqua etiam Plutarchus, Athenæus, Clemens, & Eusebius.

§. 10. *Vti autem secta Epicurea, ita hac quoque, sed*
O 2
dispari

dispari ratione, valde contraria est Christiana religioni.

Hinc Nicetas de se, & fratre Aquila in epitome Clementis Romani, de gestis B. Petri pag. 56. ed. Adr. Turnebi, in Latinâ Perionii translatione ex Parisiensi editione Sonni fol. 596. *ἡκειβώσομεν ἢ καὶ τὰ φιλοσόφων, ἐξαιρέτως τὰ ἀθεώτατα. λέγω δὲ τὰ εὐπύριον καὶ Πύρριον* Ⓞ, *ἵνα καὶ μάλλον ἀνασσοῦσιν ἀζεν δαωόμεθα. Accurate etiam ea inquisitionibus, quæ à philosophis traduntur: præcipue illa, quæ maxime repugnant pietati erga Deum: Illa, inquam, Epicuri ac Pyrrhonis, quod magis ea refellere possimus. Nempe Nicetas quidem fuerat Epicureus: Aquila verò Pyrrhonios erat secutus, ut apud ipsum est Clementem in octavo Recognitionum libro*, quod opus Græcè non exstat, sed Latinè ex translatione Rufini Aquilejensis.*

* fol. 81.
6.

§. 11. *Nec propterea secta hac in totum damnanda: quando, etsi multa certa sunt, longè tamen plura sunt incerta, quæ permixta veris, similitudine veri fallant. In cujusmodi utile est ἐπιχειρῆναι, ac verum rursari.*

Cic. lib. 1. de nat. deorum; Non sumus ii, quibus nihil verum esse videatur: sed ii, qui omnibus veris falsa quadam adjuncta esse dicamus, tanta similitudine, ut in iis nulla insit certa iudicandi & assentiendi nota. Atqui, ut idem antea dixerat, *Quid tam temerarium, tamque indignum sapientis gravitate atque constantiâ, quàm aut falsum sentire, aut, quod non satis exploratè perceptum sit & cognitum, sine ullâ dubitatione defendere?*

§. 12. *Dubitare est utile, etiam de suis.*

Plinius lib. xviii. cap. xxv; *Sosigenes ipse trinis commentationibus, quamquam diligentior esset cæteris, non cessavit tamen addubitare; ipse semet corrigendo.*

C A P.

C A P. XXI.

DE SECTA ELECTIVA.

§. 1. **S**uperest secta εκλεκτική, si nova est secta dicenda, qua non condit nova dogmata, sed ex aliis sua excerpit. In hac quinque ista ordine considerabimus, nomen, originem, praestantiam, difficultatem, & ejus exsuperanda rationem. Nomen ei Ε'κλεκτική, Latinis ad verbum sit electiva vel electrix: uti εκλεκτικοὶ electores: à ratione quâ in philosophando utuntur.

Εκλεξαμένοι τὰ δρέσκοντο ἐξ ἐκάστης τῶν αἰρέσεων: seligentes, qua placent, ex qualibet sectâ. ut ait Suidas. Nam cum alii singularis aliqujus doctoris placita sequantur,

Vnius addicti jurare in verba magistri;

hi pro arbitrato suo ex sectis singulis seligunt verissima optimaque;

Nullius addicti jurare in verba magistri.

Possis electores illos Latinè etiam dicere *miscelliones* quia variarum sectarum placita miscerent. Festus Pompejus: *Miscelliones appellantur, qui non certa sunt sententia, sed variorum mixtorumque judiciorum.* Malim tamen εκλεκτικῶς dicere, quam *miscelliones*: quia in Græco illo significatur delectus: in Latino non item: ut existimem ab iis qui certæ se sectæ addixissent, *miscellioffes* vocatos, quasi qui nullo judicio, vel parvo pravoque miscerent varia placita, ut imperitus coquus jura solet.

§. 2. *Origo hujus sectæ est à Potamone Alexandrino; qui Cæsaris Augusti & Tibèrii temporibus vixit.*

Diogenes Laertius in præf. Ε'πὶ τῷ ὀλίγῳ καὶ εκλεκτικῆς περὶ αἰρέσεως εἰσυχῆ ἀπὸ Ποταμῶν & Ἀλεξανδρείας, εκλεξαμένοι τὰ δρέσκοντο ἐξ ἐκάστης τῶν αἰρέσεων. Præterea verò nuper etiam *Electiva est secta* introducta, à Potamone Alexandrino, qui ea qua placent ex unaquaque secta elegit. Ait περὶ ὀλίγου, non multò ante nos. Vixit autem Laërtius tempore M. Antonini Cæsaris. At Potamò vixit ante Laërtium

toto seculo, ut illa Suidæ indicio; Ποτάμων Ἀλεξανδρῆς Φιλοσοφῶν γεγονώς πρὸς Ἀυγύστου, καὶ μετ' αὐτόν. Potamon Alexandrinus philosophus, qui fuit ante Augustum, & post eum. Utinam autem extarent ejus viri scripta, ut quo judicio selegerit opiniones videremus. Aliqua reliquisse constat, uti (quemadmodum ibidem ait Suidas) εἰς τοὺς πλατῶν πολιτείας ὑπόμνημα, in Platonis de Rep. libros commentarium. Diverfus ab hoc Potamone, alter ejusdem nominis ac penè temporis, priore tamen junior. Is Potamō non Alexandrinus, sed Mitylenæus; nec philosophus, sed rhetor: quem Tiberius Cæsar pro viatico literis istiusmodi instruxit: Potamonem Lesbodiacis filium si quis offendere, eive incommodare ausus fuerit, consideret secum, an mecum bellum gerere valeat. Narrant Hesychnus Illustris, & Suidas. Ac meminit hujus inter claros Mitylenæos etiam Strabo in XI II. Hujus Potamonis pater fuit Lesbomax, Mitylenæus philosophus, qui & ipse floruit sub Augusto, & multa scripsit, teste Suida in Λεσβιάναξ. De altero egimus in opere de Histor. Græcis.

S. 3. *Præstantia hujus sectæ ex eo dilucet, quòd tanta sit imperfectio humani Intellectus, ut ex vetustis illis sapientibus, nemo potuerit omne verum perspicere. Quòd diffiteri non possumus, si animum per omnes sectas diffundamus.*

Sic Epicurus tollebat Dei providentiam, animorum etiam mortalitatem inducebat. Plato Dæmoniis & heroibus sacrificare jubet, Remp. format, in quâ uxores sint communes. Aristoteles mundum censet semper fuisse: nec providentiam Dei versari circa res singulas humanas, quas ne sciat quidem. Stoici arbitrantur Deum esse animal, cujus corpus sit hic mundus. Quid singulis insistam?

S. 4. *Quòd si nemo est erroris expers, non tam videndum, quis aliquid dicat, quàm quid aliquis dicat.*

Hominem igitur sapientem talem oportet esse, qualem se ait Cotta apud Ciceronem lib. I. de Nat. Deorum. *Equum libero judicio, nulla ejusmodi adstrictum necessitate, ut relicto nolis sit certa quedam tuenda sententia. Nempe ut eodem libro legas: Non tam auctores in dispu-*

in disputando, quàm rationis momenta querenda sunt: Quin etiam obest plerumque iis, qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur. Desunt enim suum iudicium adhibere. Id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident. Nec verò probare soleo id, quod de Pythagoricis accepimus: quos ferunt, siquid affirmarent in disputando, cum ex eis quereretur, Quare ita esset; respondere solitos, Ipse dixit. Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas. Sic Plato in Charmide; * Πάντως ἔτερον * Tom. 2. σκοπέον, ὅστις αὐτὸ εἶπεν, ἀλλὰ πότερον ἀληθὲς λέγεται, ἢ ὄχι. Omnino, non pag. 161. qui dixerit, sed quàm rectè dicatur, considerandum. edit. Hem-

Idem in Gorgia *: Ω μακάριε, ῥητορικῶς γάρ με ῥητορικῶς ἐλέγχεις, ὡς περὶ οἱ ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἡγούμενοι ἐλέγχουσιν, καὶ γὰρ οἱ ἐπεροὶ * Tom. 1. σὺ ἐπίσης δοκῶσιν ἐλέγχουσιν, ἐπιδοῦν ἢ λόγων ὧν ἀν λέγωσι μάρτυρας * pag. 473, πολλὰς παρέχοντων, καὶ δόδοκίμους, ὃ ἢ πάντῃ λέγων, ἕνα πρὸς πα- * 474. ρέχοντων, ἢ μηδένα. ἔτι ἢ ὃ ἐλέγχεις ἔδενός ἀξιός ἐστι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. ἐνίοτε γὰρ ἀν καὶ ψευδομαρτυρηθῆναι τις ἔπειτα πολλῶν, καὶ δοκῶντων εἶναι π. O lepidum caput! me enim rhetorico more conaris refellere, quem- admodum ii, qui in foro versantur, & adversarium conantur convincere. Ibi enim alii alios se convincere arbitrantur, cum earum rerum, quarum fidem facere volunt, multos & celebres testes producerint. Adversarius contra aut unum tantum, aut nullum in medium protuleris. Verum hac probationis ratio nullius est momenti ad veritatem. Sepenumero enim falsorum testimoniorum præiudicium, & multitudo quidem ipsa, & auctoritate testium, qui aliquid esse videantur, potest quis convinci. Et paullo post subiungit *: Ἐγὼ σοι εἰς ὧν σὺκε ὁμολογῶ. ἔ γάρ με σὺ ἀναγκάζεις, ἀλλὰ ψευδομαρτυρίας πολλὰς καὶ ἐμὲ πρὸς ἄμαρτυρον ῥητορικῶς ἐκβάλλειν με ἐν τῷ δόξαι, καὶ ἔ ἀληθῆς. ἐγὼ ἢ ἀν μὴ σὲ αὐτὸν ἕνα ὄντων μάρτυρας πρὸς ἄμαρτυρον ὁμολογῶντων πρὸς ὧν λέγω, ἔδεν οἱ μὲν ἀξιὸν λόγους πεπερασθαι πρὸς ὧν ἀν ἡμῖν ὁ λόγος ἢ οἱ μὲν ἢ ἔδεν σὺ, ἕαν μὴ ἐγὼ σοι μαρτυρῶ, εἰς ὧν μόνον, σὺ ἢ ἄλλους πάντας τέτους χαίρειν εἶς. Ego quatenus unus sim, tibi nequaquam assentior. Non enim me rationibus cogis; sed falsis testibus plurimis adversus me prolatis, conaris me à veritatis possessione, tanquam ex hereditate depellere. Ego autem, nisi te ipsam testem unicuique producero mihi, in his, de quibus loquor, assentientem, nihil pretio aliquo dignum esse à me confectum arbitror, quod ad eas quidem res attinet, de quibus est sermo noster; neque etiam quicquam te promoturum existimo, nisi ego solus testimonium perhibeam, has autem omnes secutè præmittas. Idem

• Tom. 1. Idem in Protagora * : Οὕτω ἢ καὶ αἱ παιδεία σωφροσία εἰσὶν μὴ λά-
 pag. 347- βωντων ἀνθρώπων οἷοίπερ ἡμῶν οἱ πολλοὶ φασι εἶναι, ἔδεν δέοντων ἀλλο-
 & 348. τρίας Φωνῆς, ἔδεν ποιητῶν, ἔς ἔπε ἀνέρεσθαι οἷόντ' ἐστὶ περὶ ὧν λέγασιν·
 ἰπαγόμενοι τε αὐτὲς οἱ πολλοὶ ἐν τοῖς λόγοις, οἱ μὴ ταῦτα ποιητῶν
 νοῆν, οἱ δὲ ἔπεσθαι περὶ πραγμάτων· ἀφελόμενοι, ἀδωαυτῶσιν ἐξελέ-
 ξαι· ἀλλὰ τοὺς μὴ παιδαύτας σωφροσίας ἕως χαίρειν, αὐτοὶ δὲ ἑαυτοῖς σύ-
 νησι, δὲ ἑαυτῶν, ἐν τοῖς ἑαυτῶν λόγοις πείθειν ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ
 διδόντες. ὅτ' οὐκ αἰδοῦμαι δοκεῖν χεῖρην μᾶλλον μιμνήσθαι ἐμὲ τε καὶ σε,
 καὶ θεμένους ὅτ' ποιητῆς, αὐτῆς δὲ ἡμῶν αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους ὅτ' λό-
 γους ποιῆσθαι, ἢ ἀληθείας καὶ ἡμῶν αὐτῶν πείθειν λαμβάνοντες. Eodem
 modo, si hujusmodi disputationes illis hominibus constent, quales nos esse
 plurimi dicunt, haudquaquam aliena voce, neque Poëtarum carminibus
 indigent, quos interrogare de his, quae scriptis commendarunt, minime fas
 est: & cum illorum testimonia in medium producant plurimi, dum de ali-
 qua re verba faciunt: alii affirmant hanc esse, alii illam Poëta eadem de
 re mentem atque sententiam: & quam vere sit, rationem reddere non
 possunt. Eruditi igitur, & prudentes viri, hujusmodi colloquia securè pra-
 mittunt: ipsi verò, alii cum aliis mutuam consuetudinem ineunt, atque
 instituant, illisque colloquiis vicissim ingenii periculum faciunt, & alii
 dant, & ab aliis mutuo accipiunt. Hujusmodi hominum exempla nos sequi,
 consentaneum potius est, & mihi, & tibi, sepositis Poëtis, ut de veritate, &
 nobis mutuis disputationibus experimentum capiamus.

* Tom. 1. Idem in Critone * : Ὡς ἐγὼ εἰ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ αἰεὶ πῶς ἔσθαι,
 pag. 46. οἷόντ' ἐμῶν μηδενὶ ἄλλω πείθεσθαι, ἢ τῷ λόγῳ, ὅς ἂν μοι λογιζομένη
 βέλτης φαίνεται. Quandoquidem is ego sum, qui non solum nunc, sed
 semper haecenus, nulli unquam meorum alii credere potuerim, quam ratio-
 ni; quae quidem à me animo perpensa, atque examinata, optima compe-
 riatur. Quid quodd Aristoteles ipse, in cuius verba jurari solet, haut
 aliter sentit. Ejus verba sunt Ethicorum lib. 1 * : Τὸ ἢ καὶ ἄλλοι,
 βέλτιον ἴσως ὑποπέψασθαι, καὶ ἀπορῆσθαι πῶς λέγει, καίπερ ὡσαύ-
 τως τὸ παιδαύτης γνομένης ζητήσεως, ἀλλὰ τὸ φίλους ἀνθρώπους εἰσαγαγεῖν πρὸς
 ἑδῆ. δόξει δὲ ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι, καὶ δὲ ἂν ὑπὸ σωτηρίας [γε] τὴν ἀλη-
 θείας, καὶ τὰ οἰκεία ἀναρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας. ἀμφοῖν
 ἂν ὄντων φίλοι, ὅσων ὡς ἐμῶν τῶν ἀληθῶν. Univerſum autem bonum
 considerare, quoque modo dicatur, querere fortasse praestiterit. Tamen si
 nobis sit hac quaestio lubrica sanè, atque ardua futura, propterea, quod ho-
 mines amici ideas introduxerunt. Fortasse autem praestare, atque aded oportere

vere videatur, veritatis tuenda causa, vel nostra ipsorum decreta evertere, praesertim cum etiam nos Philosophi simus. Nam cum utraque cara sint, tum pius est amicis antiquiorem habere veritatem.

§. 5. Itaque postquam hoc philosophandi genus à Potamone inductum, serè præstantissimi quique illum amplexi fuere. In his Sotion, Seneca magister.

Scio Lipsium in Manud. Philos. Stoic. lib. I. cap. XI I. Sotionem reponere inter claros Stoicos. Sed omnino fuit sectæ Potamonæ. Unde discipulos non ad Pythagoram & alios minus, quàm Zenonem remittebar. Seneca epist. LVIII. Non pudebit fieri, quem mihi amorem Pythagora Sotion injecerit.

§. 6. Sectatus eandem Ammonius, Plutarchi magister.

Vixit temporibus Neronis, & Vespasiani, eoque distinguendus ab Ammonio, qui Origenis & Porphyrii ætate claruit. Item & ab Ammonio interprete Aristotelis, Procli discipulo, qui fuit post annum quingentesimum.

§. 7. Nec Plotinus ab eâ alienus fuit.

Saltem, eo nomine extollitur à Porphyrio in ejus vitâ, quia ἐμβλῆκται ἐν τοῖς συγγραμμάσι, καὶ τὰ Στωικὰ λαυθάνοντες δόγματα, καὶ τὰ Περὶπατητικὰ. quia scriptis suis immisceret occulta & Stoicorum, & Peripateticorum dogmata. Quod multum sanè in eo, qui Academiæ dedisset nomen.

§. 8. E nostris quoque hoc philosophandi genus maximè probavit Clemens Alexandrinus.

Ait hic libro I Στωικῶν, φιλοσοφίαν ἢ λέγω ἢ τὴν Στωικῶν, ἢ δὲ τὴν Πλατωνικῶν, ἢ Ἐπικυρεῖόν τε, καὶ Ἀριστοτελικῶν, ἀλλὰ ὅσα εἰρητικῶς παρ' ἑκάστην αἰρέσεων τῶν καλῶς δικαιουσύνῃ μὴ βίστεβος ἑπισημῆς ἐκδιδάσκοντα, τῶν σύμπαν τὸ ἐκλεκτικόν, φιλοσοφίαν φημι.

§. 9. Nec aliter animatus Origines fuit, de cujus omnigenâ eruditione satis notum arbitror.

Eum, quod ex philosophis singulis verum excerpere soleat, laudat discipulus suus Gregorius Thaumaturgus.

§. 10. *Laudat & hoc philosophandi genus Lactantius.*

* cap. 8.
Editionis
Bastlen-
sis; Plan-
tiniæ
verò c. 7.

Lactantius lib. 11. Institutionum Divinarum * : *Quare oportet in eâ re maximè, in quâ vita ratio versatur, sibi quemque considerare, suoque judicio, ac propriis sensibus niti ad investigandam, & perpendendam veritatem, quàm credentem alienis erroribus decipi, tanquam ipsum rationis expertem. Dedit omnibus Deus pro virili portione sapientiam, ut & inaudita investigare possent, & audita perpendere. Nec quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientia quoque antecesserunt : quæ si omnibus equaliter datur, occupari ab antecedentibus non potest. Illibabilis est tanquam lux, & claritas solis : quia ut sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani. Quare cum sapere, id est, veritatem querere, omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt, qui sine ullo judicio, inventa majorum probant, & ab aliis pecudum more ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod majorum nomine posito, non putant fieri posse, ut aut ipsi plus sapiant, quia minores vocantur : aut illi desipuerint, quia majores nominantur. Minimè itaque hoc in loco prætereundum illud Ciceronis libro Primo Academicarum quæst. Certè recentissima quæque sunt correctæ & emendatæ maximè. Quemadmodum neque illud Aristotelis libro secundo Polit. cap. xi. ubi de Rep. Cretensum agit, text. 169 : τὰ ἀληθέα τὰ δεχάτων ἡτίον διήθησαν, τὰ νεωτέρων. Pleraque rerum vetustarum minus sunt absoluta recentioribus.*

§. 11. *Sed ut optimum & laudatissimum est, ista quoque difficillimum hoc philosophandi genus.*

Nec enim sufficit unum audiisse qui certæ se sectæ addixerit : sed nunc versandum in Academiæ spatiis, nunc in ambulacris Lycæi, nunc in ποικίλῃ illâ porticu à Zenone nobilitata, nunc in Gargettii senis hortis, nunc in aliorum diatribis, ac peristylliis. Quantâ ad omnia ista industriâ opus est ! Quanti item ingenii sit singulas sectas percipere ! Quanti iudicii in isto dissensu verum ubique discernere à falso !

* Laërt. in
in Pyrrho-
no. Cic. se-
mel, ite-
rumque in
Acad.
Laët. lib.
111. &
alii.

§. 12. *Quare hebetes & inertes facile hac secta à se ar-
cet. At non item eos qui ingenii acie & iudicio valent,
dummodo magno flagrent amore veritatis ac virtutis.
Sapè enim veritas, quemadmodum Democritus * aje-
bat, in profundo specu abdita, delitescit : unde eam ex-
trahendi*

trahendi laborem non facile subibit, cui voluptates, vel opes, vel honores, ut fieri solet, magis fuerint cordi, quàm veritas: quæ unà cum beneficentiâ Deo nos proximos facit.

De Veritate sic Porphyrius in vitâ Pythagoræ. τὸ ἀληθὲν μόνον δυνάταται σὺν ἀνθρώποις ποιεῖν θεῶ ὁμοειδέσιν. *Veracitas sola potest nos Deo reddere propinquos.* Similiter Jamblichus protreptici cap. xx. Stobæus Serm. xi. de Veritate. Et ex Latinis B. Hieronymus, apologiâ adversus Rufinum: ubi ex Pythagoræorum mente ait: *Post Deum veritatem colendam: quæ sola homines Deo proximos facit.* Sed quod de sola hîc veritate dicitur, id de beneficentiâ quoque verissimum est. Unde Strabo lib. x. Geograph. Τὸς ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι σὺν θεοῖς ὅταν ἀερετώσιν. *Maximè homines Deum imitari, cum alteri benefaciunt.* Ac apud Photium quoque Cod. ccxlix. ex Pythagoræ vitâ refertur, ex tribus, quibus meliores reddamur, Deoque affimilemur, medium esse, τὸ ἀποδοῦναι, *benè de aliis mereri.*

Propterea præclare merentur de genere humano, qui in eo operam suam collocant, ut animi adolescentum abducantur à rebus vanissimis, amoreque imbuantur veritatis ac beneficentiæ. Nec enim vel durum sapientiæ collem adscendet, vel asperam virtutis viam insistet, nisi qui priùs pulcritudinem ambarum oculis animi perspexerit. Propterea non sufficit, ut Doctores juventutis in eo operam infumant, ut artium & scientiarum præcepta perspicuè doceant; sed ante omnia inflammandi juvenes amore studiorum: quò pertinebat Pythagoræ doctrina πνευματική.

§. 13. *In examine autem tot sectarum, primum videndum quid quisque dicat, cur ita dicat, quid adversæ parti respondeat. Quibus perpensis, dispiciendum, an partes conciliari non possint.*

Sanè Simplicius arbitratur, tam diversas veterum philosophorum sententias, quas Aristoteles de rerum principiis in 1. Φυσ. ἀκροάσ. adfert, non pugnare inter se: unde & in iis conciliandis operam infumit. Hoc de singulis cum Simplicio statuere non

aufim. Interea de plerisque verum arbitror dixisse. Et facile mihi adfentiet, qui de sententia eorum iudicium ferre volet, ex fragmentis quæ supersunt. Similiter de Ideis iudico: etsi sciam nihil æquè impugnari ab Aristotele. Quâ de re abundè diximus superius. Atque ut in Ideis existimo Platonem & Aristotelem facile posse conciliari, ita contra arbitror de mundi origine. Cuius causam superius item adduximus.

§. 14. *Quod si sententia conciliari non possunt, examinemus eas, nec cum Epicureis ad solum sensuum κερτιελον, nec cum Platoniciis ad solam rationem, sed ad utrumque κερτιελον, uti Potamo fieri jubebat.*

Sic enim de eo Suidas in Ἀῖρεσις: Κερτιελα ἢ Φῆσιν εἶναι πάληθῆ. τὸ μὲν ὡς ὑφ' ἑ γέννη) ἡ κερσις τῆτισι πῆ ημεμονικόν· τὸ δ' ὡς δι' ε· οἶον τῶ ἀκελεσάτιω Φαντασίαν. Duo esse ait instrumenta cognoscendi verum. Vnum quidem est illud, à quo fit iudicium: hoc est, mens ipsa, qua principatum in animo tenet. Alterum est per quod fit iudicium, ut certissimum visum.

§. 15. *Eoque majori studio hac duo jungemus, quòd videamus deceptos, non philosophos dumtaxat, sed quosdam etiam ex magnis Ecclesia doctoribus: Ut qui terram (quia sic videatur) planam existimant, atque ita sensu decepti, negant Antipodas.*

In his Lactantius Firmianus lib. III. de falsa sapientia cap. XXIII: Quid illi, qui esse contrarios vestigiis nostris Antipodas putant, num aliquid loquuntur? aut est quisquam tam ineptus, qui credat esse homines, quorum vestigia sunt superiora, quàm capita? aut ibi, qua apud nos jacent, in versa pendere? fruges & arbores deorsum versas crescere? pluvias & nives sursum versus cadere in terram? Ac deinceps toto capite. Inter alia: Sic pendulos istos Antipodas cæli rotunditas adinvenit. Et extremo capite; At ego multis argumentis probare possem, nullo modo fieri posse, ut cælum terrâ fit inferius, nisi liber jam concludendus esset. Atque eadem mens B. Augustini.

§. 16. PRÆ

§. 16. *Præterea in tot philosophorum sectis, (ut nihil dicam de ejusdem secta philosophorum dissensu) utile est disputationes institui, quibus veritas examinetur. Nam ea rationum velitationibus elicitur.*

Pallada certè armatam finxerunt poëtæ, quòd disputationum palæstra, alumna sit sapientiæ, & Chaldæi in genesi philosophi requirunt, ut Mars triquetro adspectu conspiciat Mercurium, quia sine illis literariis bellis, segnis & socors sit philosophia. Ed etiam gratiores hæc palestræ esse debent, quia in disputando gloriæ erit, si vincamus; sin vincamur, doctiores abibimus domum, atque ad novam pugnam instructiores. Socrates certè hanc ob causam vinci, quàm vincere malebat.

Atque hæc dicta sunt de sectâ *ἐλευκική*. Quam si sequamur, futurum, ut non Ionici simus, vel Italici, vel Eleatici; non Platonici, vel Peripatetici; non Stoïci, vel Epicurei; non Sceptici, vel cujuscunque alterius sectæ; sed hæc omnia. Flores enim ex omnibus sectis legemus, & inde corollam plectemus capiti nostro, quæ quantò plus traxerit ex vero bonoque, tantò erit pulcrior atque odoratior, tantò etiam minùs marcescet.

F I N I S.

P 3

INDEX

I N D E X

RERUM MEMORABILIUM,

quæ in libro de Sectis Philosophorum
occurrunt.

A brabanas Patriarcha, an à Chaldeis hauserit Astrolog. an contra. &c.. 23	
Academia unde dicta.	66
Academia tertia à media duplici ratione differt.	75
Adrastus Peripateticus.	92
Ægyptiorum disciplina versabatur circa triplicem scripturam.	13, 14, 15
Ægyptiorum mysteria peti possunt ex Iamblicho.	16
Æschines Socraticus arctè magistro suo adhasit.	58
Æthiopum doctores, nomen Gymnosophistarum ac Philosophiam ex Indiâ retulêre.	18
Africana Philosophia quotuplex.	11
Alcinous Platonius.	80
Alexander Aphrodisiensis, interpres Aristotelis, κατ' ἰσοχλῶ dictus ἰενηγῆς.	89
Alexinus Eliensis auditor Ebulidis. 63. Ἐλεγγίν & etiam dictus δὸν τῷ ἐλεγγί.	ibid.
Ammonius Procli Diadochi discipulus.	90
Ammonius, Plutarchi magister, quando sternerit. 113. fuit secta Potamonis. ibid.	ibid.
Anaxagoras Clazomenius successor Anaximenes Milefi. 27. docuit Solem esse massam, sive glebam ignitam. ibid. & Mentem omnia condidisse. ibid.	ibid.
ex Asiâ Scholam Athenas transtulit. ibid. Socratem, Euripidem, & Periclem docuit	ibid.
Anaximander Milefius successor Thaletis. 26. ejus dogma.	ibid.
Anaximenes Milefius successor Anaximandri Milefi.	26
Anniceris Hegasia condiscipulus, Anniceria secta conditor.	59
Antiochus Philonis auditor, quinta Academia conditor 76. Hac secta veterem academiam instauravit, nisi quod de κατεργεία Stoicis accederet.	77
Antipater Sidonius Diogenis Babylonii auditor. 102. unde καλαμοβόας dictus.	103
Antisthenes Socratis discipulus, nova secta auctor. 93. Gymnasium, in quo docebat, κωδισμαγες dicebatur, ibid. Hujus sectatores Cynici vocati. ibid.	M. An-

I N D E X.

M. Antoninus imperator Stoicus.	104
Apellico Tejus, primus omnium Aristotelis αὐτόγραφα divulgavit.	86
Apollonius ὁ Κρόνου, Ebulidis auditor.	63
Apulejus Platonicus.	77
Arcefilas Crantoris Solensis discipulus. 74. in amicum pauperem beneficus.	ibid.
ibid. autor secunda academia, ἀκαδημία indixit.	ibid.
Archelaus Atheniensis, successor Anaxagora Clazomenii. 27. hunc Socrates audivit. ibid. Moralem Philosophiam primus induxit.	ibid.
Archidemus.	103
Areta, filia Aristippi Cyrenaeici, successit parenti in schola.	59
Aristippus unus ex quinque Socratis discipulis, qui nova haereseos essent auctores, Cyrenaeica Secta conditor. 59. summum bonum ponebat in voluptate. 60	ibid.
Aristippus μεροδιδακτὸς. 59. cur sic vocatus. ibid. successit matri Areta. ibid.	ibid.
Aristo Ceus auditor Lyconis Troadenfis.	92
Aristoteles princeps Peripateticorum. 81. ἀριστοῦ nomen habet. ibid. Aristotelici dicti sunt Peripatetici ex Lycao, ad discrimen Peripateticorum ex Academia. ibid. cujus fuerit Aristoteles. ibid. quando natus & mortuus. 82. laus hujus quod non Philosophiā usus sit mysticā, nec symbolica. 82. ceteris fuit μεθοδιώτερος. 83. magis quam Plato excoluit scientiam naturalem. ibid. laborat gloria studio vitio alios sugillandi. 83, 84. libri hujus duplices, alii ἀρχαῖοι, alii ἰστορητικοί. 84. qui ex discipulis illius dicti sint ἐποητικοί. 85. omnem rejicit traditionem. 84. bibliothecam suam Theophrasto reliquit. 86. Is Neleo condiscipulo. ibid. ab hoc eam mercatus Ptolomeus Philadelphus. ibid. Appellico Tejus postea emit, hic primus omnium αὐτόγραφα Aristotelis edidit. 86. hoc defuncto Sylla Athenarum potitus Romam advexit.	ibid.
Arithmetica tribuitur Phoenicibus.	9
Arrianus Cynica secta indolem egregie expressit.	94
Δενόριος, Aristotelis interpres, κατ' ἰστορίαν dictus Commentator. 90. quando & ubi floruerit.	91

B.

B arbarica Philosophia. qua.	1
Berofo ab Atheniensibus ob divinas predictiones aurea lingua posita.	5
Bessarion Cardinali, Platonicus.	80
Bion Abderita, primus docuit regionem esse, ubi sex mensibus dies, ac totidem nox esset.	50
	Brack-

I N D E X.

Brachmanes $\omega\lambda\lambda\upsilon\sigma\epsilon\upsilon\epsilon\sigma\iota\alpha\upsilon$ statuebant. 8
Buddes, Brachmannorum unus, secta sua conditor. 7.

C.

Carneades Cyrenaeus tertia Academia conditor. 75. quid statuerit. 75. 76.
 scripturus contra Zenonem caput Halleboro albo purgavit. 76
 Cassius, qui Caesarem sustulit, Epicuri sectam amplexus est. 57.
Cato Stoicus. 104.
Chalcidius Platonicus. 77
Chaldaei, antiquissimum Doctorum genus. 2. eorum secta multiplex. ibid.
*Chryssippus auditor Cleanthis. 102. natus Solis, oppido Cilicia. ibid. Chryssip-
 pus à Zenone, Chryssippus contumeliose à Carneade appellabatur.* ibid.
Clitomachus Thurius Euclidis auditor. 63
*Cleanthes Assius Zenona Cistneum audivit. 101. Δδ'περ @ Η' ερχηλης, item
 Φρεσίνλης dictus. ibid. Huic à Senatu Romano Assi statua posita. ibid.*
Clemens Alexandrinus Posamonis philosophandi genus probavit. 113
*Clitomachus Carthaginensis successor Carneades. 76. in hoc successio nova Acade-
 mia defuit.* ibid.
*Crantor Solensis successor Polemonis. 73. primus omnium in Platonem commenta-
 tus est.* ibid.
Crates Atheniensis successit Polemoni. 73
Crates Thebanus audivit Diogenem Cynicum. 94
Cristolaus Phaselites auditor Aristonis Cei. 92
Cronius de Platonica Philosophia principiis scripsit. 72
*Cynici unde sic dicti. 93. quem finem sua secta statuerint. 95. horum invere-
 cundia vituperatur. 95. in quibusdam dogmatis magnopere cum Stoicis conve-
 niebant.* 96
*Cyrenaeica secta est divisa in Hegesiacam, Anniceriam, & Theodoriam. 59. unde
 ηδουικη dicta.* 60
Cyrenaeici, à quo sic dicti. 59. Physicem aspernabantur. ibid. qualis eorum Ethice. 59.

D.

Demetrius Cynicus quo tempore vixerit. 94
Demetrius Phalereus auditor Theophrasti. 92
*Democritus etiam Chaldaos ac Babylona accessit. 4. Indos quoque Philosophia
 amore adit.* 7
*Democritus Abderita Leucippi auditor. 47. quare sit πινθηλος habitus. 48.
 valde dives Philosophiam divitiis praeponit. ibid. quid statuerit. 48, 49.
 ab Epicuro Δημόκρειος dictus.* 49

Diodo

I N D E X.

Diodorus auditor Critolai Phaselitis.	92
Diodorus ὁ ΚεβὸνⓄ, auditor Apollonii Ἐ Κεῖνυ.	64
Diogenes Babylonius auditor Chryssippi. 102. hic est ille, qui bello Punico secundo ab Atheniensibus publici negotii causa Romam missus est.	102, 103.
Diogenes Sinopensis auditor Antisthenis.	94
Drusidarum Philosophia. 21. Celtas, sive Gallos Philosophiam docuere.	ibid.

E.

E mpedocles Agrigentinus dogma μιλεμψυχώσεως secutus.	40, 41.
Epicurus secta sua conditor. 50. Nemini plus quam Democrito debuit. ibid. in hunc ingratus. ibid. Rhetoricem contempsit. ibid. in Physicis maxime dogmata Anaxagora amplexus est. 51. quid statuerit. 51, 52, 53. Dialecticam sic contempsit, ut in ejus locum substituerit Canonicam. 52. ejus affecta quo libet mense natali ejus sacrificabant. 53. quid de Sole & Luna senserit. 53, 54. summum bonum posuit in voluptate. 54. trecenta reliquit volumina, in quibus nullum foris arcesserit testimonium. 55. male-dicus in omnes fuisse traditur. 56. hujus fœdi errores.	55
Eristica secta auctor quis?	63
Euander Lacyda successor.	75
Eubulius Milesius Euclidis auditor.	63
Euclides Megaricus, Socratis auditor, secta Megarica conditor. 62. quando flo-ruerit. ibid. in Examine diversarum sectarum, quid agendum.	115

F.

F ranciscus Picus Mirandula Pyrrhoniã sectã eruditè propugnat.	106
---	-----

G.

G allorum sapientes Straboni triplices.	21
Gemistus Pletho, Platonicus.	80
Gnosticus à Iasone præritum.	68
Græci à Persis quadem accepere quæ ad Deos pertinerent. 6. literas se debere Phœnicibus agnoscunt. 9. horum Philosophia est vel fabulosa, vel non fabulosa. 22. non fabulosa antiquitus tres sectæ.	25
Gymnosophistæ Indos Philosophiam docuere.	6

H.

H egesias Parabatem præceptorem habuit. 59. Hegesica secta auctor. ibid.	ibid.
ΠεισιθώωνⓄ fuit dictus.	ibid.
Hegesippus Pergamenus Euandro successit.	75
Helvidius Priscus Stoicus.	104
Hermachus Epicureus.	57

I N D E X.

<i>Hermogenis haretici error ex Platone desumptus.</i>	68
<i>Hipparchia Crateris uxor.</i>	94
<i>Hippobotas novem esse ajebar-Philosophorum sectas. 58. quanam illa fuerint.</i>	ibid.

I.

J <i>Amblicus Porphyrii discipulus, quando claruerit.</i>	78
<i>India Gymnosophista duplices. 6. quomodo nominati.</i>	7
<i>Ioannes Philoponus.</i>	90
<i>Judai Hellenista Pythagoram sectati.</i>	39
<i>Judeorum Philosophia, quam ab Abrahamo hausere, bipartita.</i>	3.

K.

K <i>Κουινος λήμει proverb. unde.</i>	49
--	----

L.

L <i>Aetanius Potamonis philosophandi genus laudat. 114. Antipodas esse negat.</i>	116
<i>Lacydes Arcefila discipulus,</i>	75
<i>Leontium meretrix adversus Theophrastum scribere ausa.</i>	92
<i>Leucippus auditor Zenonis, Eleatu. 47. primus statuit omnia fieri ex atomis.</i>	ibid.
<i>Libya Philosophia.</i>	18
<i>Lucianus an iusta de causis apud Christianos adesse audias.</i>	57.
<i>Lucretius Epicureus.</i>	57.
<i>Lycon Troadensis auditor Stratonis Lampsaceni.</i>	92
<i>Lysis Pythagoricus, preceptor Epaminonda. 33, 34. hujus sunt aurea carmina Pythagora adscripta.</i>	38

M.

M <i>Agri qui. 5. à Zoroastre instituti:</i>	ibid.
<i>Marsilius Ficinus. 80. laudabilem operam Platoni, & ejus Philosophia impendit.</i>	ibid.
<i>Maximus Tyrius Platonicus quando floruerit.</i>	80
<i>Megarica secta ab Euclide Megarensi sic dicta.</i>	62
<i>Megarici, postea Μεγασκοί, ac exinde Μεγασκωνοί à nonnullis dicti.</i>	63
<i>Melissus Parmenidis discipulus. 46. de Diis nihil certi statuendum credidit.</i>	47
<i>Menedemus Eretricus Plistanum audivit, 61. ab hoc Eretrici dicti, qui prius Eleatici vocabantur.</i>	ibid.
<i>Menippus Cynicus.</i>	94
<i>Metrocles Diogenis Cynici auditor.</i>	94
	Mic.

I N D E X.

<i>Michaël Pfellus, præter expositionem in oracula Chaldaica, scripsit declarationem dogmatum Chaldaicorum.</i>	5
<i>Mirandula, vide Franciscus Picus Mirandula.</i>	
<i>Moderatus de Platónica Philosophia principiis scripsit.</i>	72
<i>Monimus Syracusanus audivit Diogenem Cynicum.</i>	94
<i>Mus Epicuri discipulus, & servus.</i>	56.

N.

N igidius Figulus Pythagoricus fuit.	39
Nama Pythagoricus fuit.	39
Numenius de Platónica & Pythagorica Philosophia principiis scripsit.	72

O.

O chus Persarum Philosophus.	6
Ochus etiam Phoenix fuit.	9
Olympiodorus.	90
Onesicritus auditor Diogenis.	94
Origines Potamonis philosophandi genus laudavit.	113
Orphici & Pythagorici in quo differant.	20

P.

P An, id est, Vniuersum, siue Vniuersi anima.	98
Parmenides Xenophanis discipulus. 46. contra opinionem preceptoris suo duo tantum elementa statuit. ibid. primus dixit terram globosam, inque medio sitam.	ibid.
Peripatici Platonis Ideas impugnant.	68
Peripatetici quando diuisi in Nominales & Reales.	92
Petronius Arbiter Epicureus.	58
Petrus Ramus ingenio suo abusus.	88
Phedo Eliensis, Socratis discipulus, sectæ Eliacæ autor.	61
Phœnicum Philosophia. 8. unde hauserint Phœnices.	ibid.
Phariseorum de anima opinio.	40
Pherecydes, autor Sectæ Italica, hausit sua ex occultis Phœnicum libris. 9. quorundam iudicio Pittacum audivit. 31. animas primus docuit immortales.	ibid.
Philo & Charmidas quartæ Academia conditores, Clitomacho Carthaginensi successere.	76
Philo Iudeus, Platonicus.	78
Philosophia, alia Barbarica, alia Græcica.	1
Philosophia Persica.	4

- Phrygum Philosophia. 10
- Pittacus Mitylæus præceptor Pherocydis Syrii. 29.
- Plato Atheniensis, quartus discipulorum Socratis, qui nova secta conditor fuit. 64. variarum sectarum præceptores habuit. 64. hujus Philosophia mixta fuit ex Heracliticâ, Pythagoricâ, & Socraticâ. 65. centum minis emittit tres libros Pythagoricos. 66. quid statuerit. 67. mundum quomodo genitum putarit. 67, 68. in quo erraverit 68. hujus Idea non planè rejicienda. 69. quem finem Philosophia statuerit. 70. dictio Platonis minus idonea ad philosophandum. 71. per certas personas suam prodit sententiam. 67. & 74. Aristotelis domum solebat vocare οἶκος ἀναγνώστης. 88. errorem μετεμψυχώσεως secutus in Phædone. 41. Moses Atticissimus dictus. 30, 31.
- Platonici dicti illi, qui post toties variatam Academiam Platonis dogmatis infisterent. 77.
- Plifanus Eliensis Phædonis auditor. 61
- Plotinus de Platonica & Pythagorica Philosophia principii scripsit. 72. ubi natus, & quando vixerit. 78 non admodum fuit alienus à secta Potamoniâ. 113
- Polemo Atheniensis, successor Xenocratis. 73
- Porphyrus Plotini & Amelii discipulus, Plonicus fuit. 78. quis, & quando floruerit. ibid. Ejus εἰκωνὴν in Aristot. 90
- Posidonius Antipatri auditor. 102, 103.
- Potamo Alexandrinus electiva secta auctor. 109. hujus sectatores ἐλεγκοί, miscelliones dicti. ibid.
- Potamo Mitylæus. 110.
- Proclus Lycius. 79. Ἀξδόχῳ appellatus ob successionem in Schola Platonica. ibid. & 90
- Protagoras Democriti auditor. 50. prius bajulus fuit. ibid.
- Pyrrho Eleus, Scepticorum pater, in India cum Gymnosophistis consuetud. habuit. & Pyrrho secta cognominis conditor, sed non dogmatica. 105. quo tempore vixerit. ibid. quos audiverit. ibid. cur iidem Σκαπτικοί, Σοφιστικοί, &c. dicti. ibid. res omnes incertas esse, ut non magis affirmari aliquid, quam negari posset, dicebant. 105, 106. convenit cum media Academia hæc secta. 107. valde est contraria Christiana religioni. 107, 108.
- Pythagoræ ferè omnes à plebe occiduntur. 37, 38. cur. ibid.
- Pythagoras astrorum scientiam hausit à Chaldæis, 4. fuit Italica secta conditor. 28. multum debet Barbaris ac Thracibus, 29. Pherocydem præceptorem.

I N D E X:

rem habuit. *ibid.* & 31. errorem μετεμψυχώσεως ab Aegyptiis hausit. *ibid.*
 multas Tidaorum leges in Philosophiam transtulisse dicitur. 31. Pherecydis
 disputatione permotus ex athleta versus in Philosophiam. 31. ut quidam ar-
 bitrantur, tria reliquit opera; ut alii, nihil scripsit. 32. ejus docendi ratio
 duplex. 33. 34. hujus discipuli alii erant ἀνατικοί, alii μαθηματικοί. 35.
 cur discipulos suos tacere docuerit ante omnia. 36. discipulorum hoc silentium
 duplex erat. 36, 37. Multi Rerumpubl. rectores ex ejus Schola prodire. 38.
 ei statua posita Roma. *ibid.* hujus errores. 39, 40. carnis cur abstinue-
 rit. 41. & an omnium animalium esu. 42. pisces non comedit. ἄφρων
 ἐχέμβριον. *ibid.* ignem statuit in medietate mundi. 43. calum & stellas
 stare, terram moveri credidit. 43. hac de motu terra sententia etiam diversis
 tribuitur authoribus. *ibid.* & 44.

R.

Ramus, vide Petrus Ramus;
 Rubellius Plautus Stoicus.

S.

104

Secta electiva. 109. ut optimum ita difficillimum philosophandi genus. 114.

Sextus Empiricus doctè Pyrrhoniæ sectam explicat. 106

Sextus Pythagoricus. 44

Simplicius Phryx. 90

Socratica Philosophia manavit à Thalete secta Ionica conditore. 65

Sotion Stoicus. 103, 104. fuit etiam Secta Potamonis. 113

Speusippus Platonis successor. 72. fuit φιλοχρηματικός. 73

Sphaerus Bosphoranus, Zenonis Cittiiæ auditor, volumen de Eretriacis Philosophis scri-

psit. 61

Stilpo Megarensis Euclidis auditor. 63

Stoica secta in aliquibus convenit cum religione Christiana. 104

Strato Lampfacenus auditor Theophrasti. 92

Sytianus Alexandrinus. 78

T.

Thecles Lacyda successor. 75

Thales Milesius Sectæ Ionica conditor. 25. rerum originem voluit esse aquam.

26. didicit forsitan hoc ab Aegyptiis; illi à Mose. *ibid.* quando mor-

tuus. 28

Theano, Pythagora uxor. 33

Themistius Interpretes Aristotelis. 90. Euphrades cognominatus. *ibid.*

9. 3. Theo-

I N D E X:

<i>Theodorus A^o Deo</i> , <i>Theodorica sectæ conditor.</i> 59. <i>Aristippi μαθητοδιδάχτης</i> successor.	59
<i>Theophrastus Eresius discipulus & successor Aristotelis.</i> 91. prius <i>Tyrtamus</i> , deinde ob divinam facundiam <i>Theophrastus</i> vocatus. 91. ad hujus <i>ἀρχαῶν</i> circiter bis mille confluabant auditores. <i>ibid.</i> in nonnullis dissensit ab <i>Aristotele</i> .	ibid.
<i>Thracæ</i> Philosophiam suam hausere à <i>Zamolxi</i> , qui <i>Thrax</i> fuit.	19
<i>Thraseas Patus</i> Stoicus,	104
<i>Thrasyllus</i> de <i>Platonica & Pythagorica Philosophia</i> principis scripsit.	172
<i>Timo Philastus</i> , sectæ <i>Pyrrhonia</i> Philosophus.	97
<i>Tabero</i> Stoicus.	104

V.

V <i>Arro</i> Stoicus.	104
<i>Virgilius</i> vitam extremam <i>Epicurea</i> Philosophia destinavit.	57

X.

X <i>Enocrates Chalcædonius</i> , <i>Speusippi</i> successor, vir castissimis moribus. 73. reliquit libellum de morte.	ibid.
<i>Xenophanes Colophonius Eleatica</i> Sectæ autor. 45. res quidem à <i>Xenophono Colophonio</i> , <i>Eleatica</i> verò nomen à discipulis ejus <i>Parmenide & Zenone</i> , <i>Eleatis</i> .	
45: statuit mundos innumeros.	46
<i>Xenophon Socraticus</i> artem magistro suo adhaesit.	58


Z.

Z <i>Zamolxis & Pythagoras</i> in <i>μαθητοδιδάχτης</i> convenere.	20
<i>Zeno</i> principis sectæ <i>Stoicæ</i> , à <i>Phœnicibus</i> oriundus. 9. semper adversatur <i>Arcefile</i> . 99. hujus sectæ origo & fons arcesitur à <i>Socrate</i> .	
98. Stoici prius dicti sectatores <i>Zenonii</i> . 97. his non convenire potuit cum <i>Peripateticis</i> . 99. horum opinio de <i>Diis</i> . 99, 100. fatali necessitate omnia fieri putabant.	100
<i>Zeno Eleates</i> , <i>Parmenides</i> discipulus. 46. plures statuit mundos.	47
<i>Zeno Sidonius Epicureus</i> , <i>Epicuri</i> maledicentiam imitatus, <i>Socratem Atticum</i> <i>Scurram</i> ; & <i>Chrysippum Chelippum</i> vocabat.	56
<i>Zeroastres</i> , varia de hujus nomine opiniones.	5

F I N I S.

JOH. GERARDI VOSSII
DE
PHILOSOPHIA
ET
PHILOSOPHORVM
S E C T I S

LIBRVS II.



HAGÆ-COMITIS

Apu**d** **ADRIANUM VLACQ.**
M. DC. LVIII.




ILLUSTRISSIMO VIRO
CONRADO van BEVNINGEN
FEDERATI BELGII

Ad Sereniss. & Potentiss.

DANIÆ REGEM,
LEGATO.

If. Vosius S. P.



Quamvis, *Vir Illustrissime*, liber hic parentis mei, non ita sit elaboratus, atque illa scripta, quorum ipse præfuit editioni; quia tamen olim cum eum pervolveres, non indignus visus fuit, qui in communes prodiret usus; non rectè me facturum existimavi, si illum diutius premerem, ac non con- crederem judiciis seculi tam boni, tam benigni, quo futiles & abortivi etiam foetus, cum plausu & admiratione excipiuntur. Optassem quidem ut superstici- fata permisissent argumentum hoc, nec ignobile nec in- jucundum eatenus perpolire, ut opus non esset ex aliena culpa exemplum petere; verùm cum alteru-

trum faciendum fuerit, malui tuum sequi consilium, quod mihi legis instar est, quam tuncis gratificari, quarum inopiæ, ut semper, ita quoque nunc satis liberaliter succurritur. Frustra verò essem, si illud qualecunque scriptum, alterius tutelæ & patrocinio committerem, atque ejus, cujus arbitrato lucem adspicit. Ipsa hoc jubet æquitas, sed multò magis officij nostri id exigit ratio. Cum enim jam à tot annis amicitia & familiaritate tua fruar, fueritque mihi illa semper & honori & voluptati, ingratus essem si ullam negligerem occasionem, quâ non studium ac observantiam testarer, ac cum præsentibus non liceat obsequiis, tralativo saltem affectus genere, absentem colerem, ac porrò demereri conarer. Iucunda res est amari à quibuscumque etiam; sed verò quid jucundius, quid pulchrius, quam eorum promereri benevolentiam, quorum virtutes etiam invitos ac nolentes rapere possint? Quis non talium amicitiam omnibus votis adquirere, adquisitam verò tanquam lucem oculorum conservare quàm maximè cupiat? Adeone verò quis sit barbarus, ut qui ingenium & suavitatem morum tuorum perspectam habeat, familiaritatem etiam non ambiat, ac perpetuò illà frui desideret? Taceo reliqua, quæ vel leviter perstringere vix audeam,

gna-

gnarus quàm id mihi difficile, tibi ingratum, aliis vero sit futurum invidiosum. Me tamen silente, sciunt omnes, & ij præcipuè quibus curæ est salus communis, quanto cum honore, & hîc in patria, & foris apud Reges, partes & Reipublicæ, & tuas, sustinueris. In literis quantum valeas, norunt qui te, & literas norunt. Nemo nisi malignus aut hebes inficias iverit, pervoluisse te quidquid in omni penè studiorum genere utile est ac scitu dignum, nec summa tantum libasse, sed & illa hausisse, quæ in recessu latent, & in ipsos quodammodo humanæ scientiæ fontes penetrasse. Partius quam sentiam hæc à me dicuntur, æmulis tamen quibusdam, ea ipsa quoque videbuntur nimia. Sed an quia isti mali, ideo veritas dissimulanda; aut quod vitiis faveant, propterea ne deferenda fuerit probitas? Laudandi essent si imitarentur, quæ carpunt. Verum quia desperant id se efficere posse, ideo carpunt. Propriis non fidunt virtutibus, & ob hoc ipsum invident alienis. At quid hic ea commemoro, quæ ne tu ipse quidem ad te pertinere existimas? Tuebuntur te mores tui, nec paucorum malevolentia oberit, ut spero, quò minus & patria, & boni cives, merita tua agnoscant. Utinam ille quamprimum dies adfulgeat, quo transactis feliciter negotiis, Regum controversiis sopitis, ac pacatis
gen.

EPISTOLA DEDICATORIA.

gentium odiis, tibi, & publicè, & privatim condignè
rependantur grates. Hoc commune est omnium bo-
norum votum. Huic etiam nostrum nos adjungimus,
nempe ut munusculum illud æquo suscipias animo, nec
pro tenuitate ejus affectus incas rationem. Dabimus
forfan aliàs majora melioraque, hoc tempore nihil po-
tuimus amantius.

Hage-Comitis. XII. Decemb. clō lbc LVII.

SERIES CAPITVM

Quae in hoc libro de Philosophia continentur.

I.	<i>De Philosophia</i>	pag. 1.
II.	<i>De Sapientia, sive Sophia.</i>	3.
III.	<i>De his, qua Philosophia auditori scitu necessaria.</i>	
IV.	<i>De divisione Philosophia & partium partibus.</i>	15.
V.	<i>De Phisice Speculativa.</i>	21.
VI.	<i>De Phisice Operativa, &c.</i>	44.
VII.	<i>De Pastione ac venatione.</i>	54.
VIII.	<i>De Medicina.</i>	59.
IX.	<i>De Chemia.</i>	66.
X.	<i>De quatuor Medicina famulis, &c.</i>	74.
XI.	<i>De origine Medicina, & illustribus Medicis, maxime scriptoribus ante tempora Caesaris Augusti.</i>	79.
XII.	<i>De Illustribus Medicis à temporibus Augusti usque ad tempora Iustiniani.</i>	94.
XIII.	<i>De Medicis Graecis incerta aetatis.</i>	106.
XIV.	<i>De Medicis Illustribus inter Arabas Scriptores.</i>	109.
XV.	<i>De Arte Militari, iisque Artibus, quae nobis amictum vel habitationem procurant, &c.</i>	118.
XVI.	<i>De Pictura & Statuaria.</i>	125.

De

XVII.	<i>De Theologiâ Naturali.</i>	141.
XVIII.	<i>De Philosophiâ Activâ.</i>	144.
XIX.	<i>De Politicâ.</i>	150.
XX.	<i>De Eloquentiâ, tum Oratoriâ, tum Poëticâ.</i>	166.
XXI.	<i>De Criticæ.</i>	170.
XXII.	<i>De Divinatione.</i>	174.
XXIII.	<i>De Theologiâ.</i>	179.

PHILOSOPHIA

LIBER.

CAPUT PRIMUM.

§. I. **P**ostquam vidimus de Artibus liberalibus, accedendum est ad Philosophiam: ad quam disciplinis illis quasi gradibus quibusdam pervenitur. Nec enim temerè eos imitari oportet, qui in iis, amœnitate illecti, consenscunt. Vile quidem est Reip. esse aliquos, qui vix aliud per omnem vitam agunt, ne forte desint, qui de minutis etiam singulis, si opus fuerit, consulantur: attamen solida sapientiæ amatores ubi didicerint, quantum ad animum iis præparandum sufficit, detinere ea diutius non debent. *Lactantius lib. III, cap. 25; Multis artibus opus est ut ad Philosophiam possit accedi: sed tum non est in iis consenscendum.*

Eximiè Seneca epistolâ LXXXVIII; Tamdiu istis immorandum est, quamdiu nihil agere animus majus potest; rudimenta sunt nostra, non opera. Item Arrianus dissert. I I, cap. XXI II. Ἀνθρώπου, ἐπελάθου σὲ τὸ περιερέσθαι; ὅτε εἰς τὴν ὠδὸν, ἀλλὰ διὰ τῆς. ἀλλὰ κομψὸν τέρψασθαι ἢ ἀλλὰ πανδοκίαν κομψαί; πόσι ἢ λειμῶνες; ἀλλ' ἀπλῶς ὡς δίοδος. Homo, oblivio te cepit instituti tui? Non huc ibas, sed hac. Atqui elegans hoc diversorium. Quam multa etiam alia? quot item horti aut prata? sed non nisi ut transirus sint. Habet igitur hic locum illud Quintiliani lib. I, cap. XII I: Non obstant hæc disciplina per illas euntibus; sed circa illas hærentibus. Item hoc Atheniensium apud Thucydidem lib. II. Φιλολογῶμεν τε μετ' ἀπελείας, καὶ φιλοσοφῶμεν

φῆμεν ἀνδρα μαλακίας. *Elegantes sumus cum parsimonia, & philosophamur sine mollitie.* Quod si quis horum non ultra progrediatur, similis ei sit, qui in fundamento semper se occupat, numquam verò exædificet. Quod si Philonis placet allegoria? Qui prius cum Agar concumbendum censebit, similis sit ei, qui per omnem vitam cum Agar misceri malit, quàm Saræ notitiam habere. At quis sapiens amores ancillæ malit, quàm Dominæ. Philoni verò ad similitudinem eam quodammodo præivit Aristippus. Nam, ut Laërtius ait lib. 11, σὺν τῷ ἑγκυκλίῳ παιδιδάματων μεταχρόνως, φιλοσοφίας ἢ ἀπολειφθέντας, ὁμοίως ἔλεγον εἶναι τοῖς τῷ Πηνελόπης μνηστῆρσι· καὶ γὰρ ἐκείνους Μελανθῶ μὲν καὶ Πολυδώραν ἐν ταῖς ἀλλὰς θεεπαίνας ἔχον, πάσης ἢ μᾶλλον ἢ αὐτῶν τῶν δεσποινῶν δυνάσασθαι γῆραι. *Eos qui orbe disciplinarum exculti philosophiam neglexissent, similes esse aiebat proci Penelopes. Illos enim Melantho & Polydoran, aliasque famulas habuisse, ac cuius potius, quàm Domina potuisse nubere.* Addit deinde τῷ δὲ ὁμοίον καὶ Ἀρίστων. τὸ γὰρ Ὀδυσσεύς, καταεὐάντα εἰς ἄδην, σὺν μὲν νεκρῶν πάντων· σχεδὸν ἐωρεχίαναι, καὶ συντετυχηέναι, τῶν δὲ βασιλισσῶν αὐτῶν μὴ πεθεῖσθαι. *Simile quid & Aristò dixit: Vissem quippe aiebat, cum ad inferos descenderes, omnes propè mortuos vidisse, & allocutum esse; reginam verò ipsam ne videre quidem potuisse.*

§. 2. *Non igitur imitandi nobis illi, qui in orbe disciplinarum sic morantur, ut immoriantur.*

Talis fortasse Longinus, magnus alioqui vir: ita ut audiret βελιοθήκη ἐμψυχῶ. Plotinus tamen, cum ejus legisset libros, dixit, φιλόλογῶ μὲν ὁ Λογγίνῶ, φιλόσοφῶ ἢ ἑδαμῶς; *potioris quidem literatura peritus Longinus, philosophia minimè.* De talibus optimè ex Aristone Stobæus in Eclogis pag. 103. Ἀρίστων ὁ Χρῖστος· οὐδὲ τὰ ἑγκυκλίαι μαθημάτων πενεμένους, ἀμελεῦντας ἢ φιλοσοφίας, ἔλεγον ὁμοίως εἶναι τοῖς μνηστῆρσι τῷ Πηνελόπης, οἱ ἀποτυχεῖοντες ἐκείνης οὐδὲ τὰς θεεπαίνας ἐγίνοντο. *Aristò Chius, eos, qui orbi disciplinarum & Mathematicis vacarent, neglecta philosophia, similes esse dicebat proci Penelopes, qui cum ipsa potiri non possent, ad ancillas se contulere.* Item Clemens Alexandrinus lib. 1. Στενωμάτων: τοῖς Φιλίταις τῷ θεεπαϊνίδων δελεαθέντες, ὀλιγοῦρησαν τῷ δεσποίνης φιλοσοφίας, καὶ καταγέσσαν οἱ μὲν αὐτῶν ἐν μυσικῇ, οἱ δὲ ἐν ἀειδηλικῇ, ἄλλοι δὲ ἐν γεωμετρίας, οἱ πλεῖστοι δὲ ἐν ῥητορικῇ. *Ubi Rhetoricen inter προσημασμένα*

ματῶ refert. Quæ & aliorum multorum sententia fuit, ut alibi diximus.

§. 3. *Nempe πολυμάθεια generalem adfert notitiam, non particularem, ac solidam. Eoque multa quæ philologus scit, si philosophiam ignorat, non usurpabit loco suo, vel tempore. Est enim Philosophia quasi jugale vinculum eorum, quæ multijuga lectio peperit.*

Itaque Anaxarchus in libro de Regno ait, Polymathiam multum quidem juvare possessorem suum, si digno obtigerit; sin indigno, etiam obesse: atqui hujusmodi fore, qui, nullo habito discrimine, effutiat quæcunque didicerit. Qualis quid aliud facit, quàm si fidem præbeat graculo, amaracinum sui?

§. 4. *Neque hæc dicuntur, ut in περὶ αὐδῶμασι negligentiores simus, sed ut alacrius in iis progrediamur, quò celerius ad meliora perveniamus.*

Ut vinum optimum est, optimæ etiam artes liberales: sed in utrisque modum oportet servare.

C A P. I I.

§. 1. *Sapientia doctrina vel est inventa, ut Philosophia, quæ exercitio acquiritur: vel inspirata, ut Theologia Christiana, quæ à Deo infunditur. Prius de Philosophiâ dicam, quæ vox hic καταχρηστικῶς ~~scilicet~~ προσηγορεύεται.*

Propriè quidem φιλοσοφία est φιλία καὶ ἔρεξις τῆς σοφίας; ut σοφία sit habitus mentis, φιλοσοφία voluntatis: sed voces hæc promiscuè usurpantur, jam inde à temporibus Pythagoræ, qui, ut notissimum est, primus, vitandæ arrogantiae gratiâ, non σοφός, sed φιλόσοφος voluit appellari.

§. 2. *Σοφίαν intellige laxè, ut est rerum divinarum humanarumque.*

Est enim habitus sapientiæ & prudentiæ constans. Sapientia

presè accepta, intellectum ac scientiam includit; ac ad Philosophiam θεωρητικῶν pertinet: Prudentia verò ad πρακτικῶν refertur.

*§. 3. Estque divinarum humanarumque cognitio, non nuda, sed per causas: eoque ab Historiâ differt, quæ solum
τὰ Φαινόμενα exponit.*

Itaque Philosophiæ etiam competit definitio ista veræ supernæque sapientiæ, quæ est apud Philonem libro *Ἐπι τῶν εἰς τὰ θεωρητικὰ* *σοφία ἢ ἐπιστήμη θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τῶν τῶν αἰτίων.*

*§. 4. A Theologiâ autem separatur eò, quòd ex principiis naturâ inditis progreditur studio ac meditatione, h. e. naturæ solius lumine: cùm è contrario Theologia ex principiis divinitus inditis procedat in divinis lumine.
Spiritus S.*

Ut omnino Theologiam nostram excipi necesse sit, cùm ait Plato in *Timæo*, φιλοσοφίας μείζον ἀγαθὸν οὐδ' ἦλθεν, οὐδ' ἦξει, ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. quæ Cicero sic interpretatus est; *Philosophia bono nullum optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortalium generi Deorum concessu atque munere, neque dabitur.*

§. 5. Nec propterea accuratè satis definiaveris Philosophiam divinarum humanarumque rerum notitiam per causas ex lumine naturæ; est enim ea divisio potius, quæ definitio. Sed rectius statuas esse cognitionem omnium rerum per causas, quatenus homo eas naturæ lumine consequi potest.

Est hæc definitio aliquantò plenior planiorque sex illis, quas Michaël Pfellus compendio suo de V. vocibus & X. Categoriis præmittit. Nec indignæ tamen illæ, quæ à nobis hoc loco explicentur. Prima est Pythagoræ, cui est γνῶσις τῶν ὄντων ἢ ὄντων ἐστίν: *cognitio ontium, quæ entia sunt.* Hanc Pfellus ait esse ab universali subjecto, quia particulares scientiæ circa aliquod ens versantur, ut Astrologia circa sidera, Medicina circa corpus humanum: Philo-

Iosophia autem occupatur circa omne ens. Addere eum ait, *quatenus entia*, quia non considerat singularia, ut, quot sint equi, quantum celeritatis sit Bucephalus; sed universalia: nam rei naturam & causas inquirat. Est enim Philosophia, ut ait Psellus, *γνώσις καθολική, καὶ μετὰ αἰτίας, cognitio universalis, & per causas*. Altera definitio est ejusdem Pythagoræ, quæ dicitur *γνώσις θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων πραγμάτων, divinarum humanarumque rerum notitia*. Estque hæc ab subjecto remoto, quia ens complectitur divina humanaque. Tertia est Platonis, cui dicitur esse *μελέτη θανάτου, mortis meditatio*. Estque ea definitio in Phædone Platonis. Ut non injuriâ Platoni eam quoque tribuat Plutarchus lib. de plac. Philosophorum. Sed hausit eam à Pythagorâ, ut cognoscere est ex vitâ Pythagoræ, à Porphyrio, & Iamblichoscriptâ. Item ex his verbis B. Hieronymi adversus Rufinum. *Primus Pythagoras dixit Philosophiam meditationem esse mortis, quotidie de carcere corporis nitentem educere anima libertatem*. Eandem definitionem legas & apud Appulejum de Philosophiâ; *Philosophum oportet nihil sic agere, quam ut semper studeat animam corporis consortio separare: & ideo existimandum, philosophiam esse mortis affectionem, consuetudinemque moriendi*. Hanc definitionem peti ait Psellus à fine proximo. Mortem autem intellige non naturalem, ut faciebat Cleombrotus Ambraciota, qui idcirco lecto Platone, se de rupe præcipitem dedit, ut est in Callimachi epigrammatis: sed voluntariam, quæ solum est affectuum: unde Psellus, *θάνατον ὃ τὸ νέκρωσιν τῶν παθῶν ἐκληπτόν, per mortem intelligenda affectuum mortificatio*. Vide quæ ex Porphyrio refert Stobæus Sermone cxvi 1. Quarta itidem est Pythagoræ, cui & à fine ultimo definitur *ὁμοίωσις θεῷ καὶ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, assimilatio Deo, quatenus homini possibile est*; de quâ postea pluribus dicam. Quinta est Aristotelis ab excellentiâ petita. Definit enim *τεχνὴν τεχνῶν, καὶ ἑπιστήμην ἐπιστημῶν, artem artium, & scientiam scientiarum*. Nempe, ut Deus Rex Regum, sic Philosophia scientia scientiarum: omnes enim artes ac scientias ambitu suo comprehendit. Sexta itidem Pythagoræ est: cui à nominis proprietate definitur *φιλία σοφίας, amor sapientie*. De iisdem quoque Philosophiæ definitionibus agit Georgius Pachymerius. Quartam etiam plerique Peripatetici sequuntur. Ut Themistius Orat. x. quæ gratias agit Constantio, ac caput &

summam totius Orationis eò redire ait, ὅτι μηδέν ἄλλο ἐστὶ φιλοσοφία, ἢ ὁμοίωσις καὶ τὸ δυνατὸν θεῷ: *philosophiam nihil esse aliud, quam assimilari Deo, quatenus id fieri potest.* Ac fuit hæc sententia non Pythagoræ tantum, sed postea etiam Socratis, quem secutus Plato, ut Eudorus, Academicus Alexandrinus testatur apud Stobæum lib. 11. Eclog. Moralium. Atque addit hanc à Platone expressam esse in Timæo Physicè, & Pythagoricè, ubi divinam providentiam declarat; in libris de Republicâ, Ethicè; in Theæteto, Logicè: in Quarto de Legibus, apertè & copiosè. Philosophiæ finem, quem definitio hæc expressit, attingit & Clemens Alexandrinus lib. 11. Σηματαίων: atque eò refert illud Mosaicum. *Post Dominum Deum vestrum ambulate.* Michaël Pselus de hæc definitione tractans, addit, in quibus assimilatio ista consistat. Καὶ ὅτι τρεῖσι τὸ θεῖον ὡς πῶς ποιηταῖς χαρακτηρίζεται, τῷ ἀγαθῷ, τῷ γνωστικῷ, καὶ τῷ δυνατῷ. οὕτω καὶ ὁ τέλει Φιλόσοφος πῶς τρεῖσι ταῖς ποιῶν χαρακτηρίζεται. τῷ μὴ ἀγαθῷ, ὅτι ὡς πρὸς τὸ θεῖον πάντων προνοεῖται, οὕτω καὶ ὁ τέλει Φιλόσοφος τῷ αἰτελῶν ψυχῶν προνοεῖται ὅτι τὸ τέλειον μετώγων αὐταῖς ἀφ' ἧ γνώσεως. τῷ ἢ γνωστικῷ, ἐπεὶ ὡς πρὸς τὸ θεῖον πάντων γινώσκει, οὕτω καὶ ὁ τέλει Φιλόσοφος τὰς αἰτίας πάντων γινώσκων ἐπαγγέλλεται. τῷ ἢ δυνατῷ, ὅτι ὡς πρὸς τὸ θεῖον ὅσα βέλεται, δυνατῷ, ὅσα καὶ ὁ τέλει Φιλόσοφος, ὅσα βέλει, δύναται. *Tribus enim notis divina majestas apud Poetas insignitur, bonitate, scientia, & potentia. Itidem & perfectus Philosophus his tribus notis est insignis. Bonitate quidem, quia sicuti divinitas omnibus providet, ita & philosophus perfectus imperfectarum animarum curam gerit, per cognitionem eas ad perfectionem deducens. Scientiâ autem, quia ut Deus omnia cognoscit, ita & Philosophus consummatus omnium causas scire pollicetur. Potentiâ verò, quia, ut Deus quacunque vult, potest, pari ratione & consummatus philosophus, qua vult, potest.* Sed hæc restringenda ex ipso Psello, qui in definitione addit, καὶ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπων, quatenus homini possibile est. Stoici verò nimis arroganter hominem efferunt, cum illam ὁμοίωσιν τῷ θεῷ ἀπλῶς intelligunt, quasi naturæ lumine ac viribus consequi possimus, ut verè Deo simus pares ac æquales. Audiamus Senecam epist. XLVI 11; *Hoc est, quod mihi philosophia promittit, ut parem Deo faciat.* Mollius capere possis verba Boëthii, lib. 1 de Consol. phil. Tu, compellans exul & in carcere constitutus Philosophiam, Tu, ait, *in hanc excellentiam me*

compo-

componere, ut consimilem Dei faceres. Utinam autem iis, qui philosophari volunt, semper is finis ob oculos versaretur, ut Deo assimilentur, quatenus naturæ nostræ finit imbecillitas. Sanè indigni sunt Philosophi nomine, qui alio fine philosophantur, uti qui unum illud sibi propositum habent, ut inde victum aut honorem parent. Nunc multi non Philosophiam modò eo animo aggrediuntur, sed Theologiam ipsam, quæ si justo fine discatur, non ad Deum modò ducat, sed etiam perducat. De istâ hominum stultitiâ audiamus querimoniam, ac consilium Bernardi super Cantica sermone xvi. Sunt, qui scire volunt eo sine tantùm, ut sciant; & turpis curiositas est. Et sunt, qui scire volunt, ut scientiam suam vendant; & turpis questus est. Et sunt, qui scire volunt, ut scientur ipsi; & turpis vanitas est: sed sunt quoque, qui scire volunt, ut adificent; & charitas est. Et sunt, qui scire volunt ut adificentur; & prudentia est.

§. 6. Philosophia est nata ex admiratione.

Plato in Thæeteto: Μάλα φιλοσόφει τῶν τὸ πᾶσι θῶ, τὸ θωμάζειν. Οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας, ἢ αὐτῆ. *Valde philosophi illa adfectio est, admirari: neque alia origo est philosophia, quam ista.* Aristoteles lib. 1. Metaphysic cap. 2: Διὰ τὸ θωμάζειν οἱ ἀνθρώποι καὶ τῶν, καὶ τὸ πᾶτων ἤξεον φιλοσοφῆν. *Propter admirationem homines & nunc, & olim philosophari cœperunt.*

§. 7. Est verè admiratio, animi in rem propositam intuitio, cum cupiditate cognoscendæ causam.

Unde consequitur, nec muta animantia, nec Deum quicquam admirari. Mutæ enim animantes, nec sciunt causam, nec scire cupiunt. Deus jam scit causas omnium. Homo verò, qui in medio est constitutus, & nescit, & scire cupit: eoque in causas animum defigit. Ac primò in faciliora inquirat. Hinc paulatim ulterius tendit. Nec tamen omnes scire cupiunt. Multi enim auri micam malunt, quàm bonæ mentis guttam. Multi item scire se putant, quæ nesciunt. Neutri admirantur: sed eò infeliciores censendi. Solum felices, qui eò non admirantur, quia jam causas didicerunt. Estque is finis Philosophiæ juxta Pythagoram. Sic enim de eo Plutarchus libro. πᾶσι δ' ἀκέραι. Ἐκείνῳ μὲν γὰρ (ὁ Πυθαγόρας) ἐκ φιλοσοφίας ἐφίησεν αὐτῷ πλεονεξίαν τὸ μὴ ἐν θωμάζειν. ὁ γὰρ

ὁ γὰρ φιλόσοφος λόγος, τὸ μὲν ἐξ ἄσπερας καὶ ἀγνοίας θαύματα ἐξαίρετα γνώσει καὶ ἰσορροπία τῶν ἐπιεικῶν αἰτίας. Is enim id se lucri è Philosophia retulisse dixit, nihil ut miraretur. nam philosophica ratio admirationem atque stuporem ab hesitatione atque ignoratione profectum eximit, singularium rerum cognitione atque enarratione per causas suas exhibitã. Δ θαυμασιάν Democritus vocabat, ut Victorius ostendit Var. lect. lib. xxxv, cap. vi. Huc spectat Horatius cùm ait;

Nil admirari, propè res est una Numici,

Solaque qua possit facere & servare beatam.

Unde & Maro dixit:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Causarum ignorantio quid possit, argumento esto, quòd integri sæpè exercitus terrore fuerint percussi, si eclipsis foret. Et quid vulgus militum dico? Archelaus Rex, cùm sol defecisset, clausit regiam, & filium totondit, quod fieri solet in luctu & rebus aduersis. Auctor Seneca lib. v. de beneficiis cap. vi. Dubito autem magisne infelices sint isti, quos causarum ignorantio percellit horrore, an qui videntur sibi causam nõsse, quam ignorant. Nam quos falsa hæc opinio infecit, non admirantur, eoque nec amplius de veritate laborant: ut satius sit non didicisse causam, quàm perperam didicisse.

C A P. III.

§. 1. **P**hilosophia auditorem, ut Aristotelem & Philosophos alios intelligat, scire opus Græcè, propter multa in iis non tam conversa, quàm perversa.

Mitto illa, quæ semidocti verterunt: ipse ille Themistius ab Hermolao Barbaro, dum nimium studet elegantiae, tantã conversus est libertate, ut sæpissimè longè aliud dicat, quàm senserit Themistius. Ut omninò optandum sit, edi tralationem veterem, quam apud Carpetanos alicubi delitescere aiunt.

§. 2. *Inprimis verò in Etymologiis, quales apud Aristotelem & alios multos, recurrendum est ad Græcum fontem: cum sæpè in Latino sermone nulla vox sit, quæ appositè idem exprimat.*

Quod

Quod & Thomas Aquinas monet in lib. 1. de Cælo lect. xi.
 Exemplo esto αἰών ab αἰεὶ ὄν. Atque ita in aliis.

§. 3. *Adhæc in eo, qui seridè philosophari volet, magnus requiritur veritatis amor. Sinè quo difficulter veritatem continget. Contra amor ille si adsit, rectè de omnibus judicabit.*

Aristoteles apud Suidam *: Εὐφροῦς ἐστὶ τὸ οἰκειῶδες μὲν πρὸς τὸ * In Eu.
 ἀληθές, ὡς πρὸς Φεῶδες ἢ τὸ ψδδθ. ὁ ἢ τῆτο ἔχων, ἐχθὴ καὶ τὸ κελνεῖν τ' ^{φύλα.}
 ἀληθές δὲ ὄναδες καλῶς. Ingeniosi est, veritatem quidem amplecti, menda-
 cium verò aversari. Qui autem hoc habet, is illud etiam habet, ut verita-
 tem rectè judicare possit. Plura inibi in hanc mentem vide.

§. 4. *Præterea multum refert, ut bonus dux obtingat, quò facilius certiusque iter tam longum instituamus. Nam ut totam absolvamus Philosophiam, non mensibus opus, sed annis, isque compluribus.*

Itaque Chio Platonis auditor, cùm sui eum urgerent, ut ne longo tempore vellet in philosophia discenda occupari, respondit minimum sibi decennio opus esse, priusquam absolvat. Aristoteles quidem annos xx audivit Platonem. Theophrastus, Eudemus, atque alii ex Peripateticis Aristotelis discipulis audire magistrum annis minimum xii. Zeno Stoicæ sectæ conditor, & Epicurus annis xviii Philosophiæ operam dedere. Amelius Plotinum audivit annis xxv, ut Porphyrius ait in vitâ Plotini. Quare jure Lucianus in Hermitimo agnoscit studium Philosophiæ esse operosum, & plus temporis ipsâ requirere Medicinâ.

§. 5. *Quantò tamen instructiores erimus in orbe disciplinarum, tantò celerius Philosophia curriculum decurremus.*

Exemplo fuerit Proclus, qui biennio absolvit Aristotelis philosophiam, ut Marinus in ejus vitâ scribit. Sed Grammatices, Historiæ & Poëseos erat callentissimus, in Mathesi etiam perfectus, atque idem Platoniciæ Philosophiæ gnarus. Imò, ut idem

B

Mari-

Marinus tradit, jam antè gustum aliquem Aristotelicæ philosophiæ habebat ab Olympiodoro. Quare non dubium, quin alius altera parte plus temporis requirat, etiam ubi bonus doctor obtigerit, & ingenium erit felix, & adfit industria. Quadrænnium quidem exigebat Hermolâus Barbarus. Quinquennio eam absoluebant ætate Moschopuli, ut ipse testatur.

§. 6. *Multum etiam temporis lucrabimur, si non moremur auditorem quæstionibus spinosis.*

Quæ felicitas contigit eidem Proclo. Præceptorem enim habebat Syrianum, qui inutilibus quæstionibus absteinebat, solumque Aristotelis mentem exponebat. Nam hanc docendi viam inire solitum, argumento sunt tres libri, quibus Aristotelis Metaphysica enarrat. Valde & hodie, & olim, tricis istis peccari solet; quarum tanta est copia, ut à Luciano in Hermetimo dicatur, πάντες, ὡς ἐπὶ εἰπεῖν, περὶ ὅντι σπιῶς μάχονται οἱ φιλοσοφῶντες. *Philosophi omnes, ut in proverbio est, de asini umbra digladiantur.* Non quasi hac parte illum Philosophorum derisorem audientium putem, sed quia verè hoc ab eo dicitur de omnibus sectis, ac Stoicis præcipuè, qui sæpè de verbis solum litigant, καὶ τὸ κορπὸν ἀπεχῶς ἀφέντες, περὶ τὸ φλοιὸν ἀγρολῶν, (τὰ φύλλα καταχέοντες ἀβήλων ἐν ὀμιλίαις. h. e. fructum imperitè missum facientes, circa corticem sunt occupati, folia vicissim decucientes in disputationibus.

§. 7. *Vtile præterea in discendâ philosophiâ, ut imitemur veteres Peripateticos, quibus ea consuetudo erat, ut priusquam ad scientiam aliquam perfectè addiscendam animum appellerent, commentarios facerent, in quos sententias veterum referrent, rationes simul adderent, & quandoque etiam resellerent. Eos Libros Hypomnematicos dixere.*

Ut Ammonius sive alius in Categ. Arist. annotavit: Hujus generis videtur fuisse liber de Zenone, Xenophane, & Gorgia, qui Aristoteli inscribitur. Credo & similis fuerit monetæ is liber Aristotelis, in quem omnium Rhetorum sententias conjece-

126.

rat, ut ait Tullius in dialogis de Oratore. Præsertim cum & Laërtius dicat, reliquisse eum libros duos Rhetoricæ collectiq-
nis, sive ut Græcè vocat συναγωγῆς. Similis & Menonis (qui Ari-
stotelis discipulus fuit) de Medicina commentarius, quem Ga-
lenus laudat commentario in Hippocratem de natura humana.
Atque ut intra Mathesin me contineam, talis credo historia A-
rithmetica Theophrasti; item Historia Astronomica, & altera
Geometrica Eudemi; quarum apud Proclum & Simplicium
crebra fit mentio. Cujusmodi opera multum juvit; quia artes
omnes & scientiæ, ut Aristoteles ait, nascuntur ex usu & historia
rerum, quæ scientiæ cuique sunt subjectæ. Dixerit quis, ex sen-
tentiæ tam variarum scientia animum legentis planè reddi
incertum. Non inficior: sed primum dubitare de singulis non
est inutile; ut Aristoteles ait in Prædicamentis cap. extremo de
Relatiâ. Quem ad locum etiam Ammonius observat, in omni
quæstione prius esse adferenda, quæ dubios reddant, deinde ali-
quid statui oportere. Nempe dubitatio ipsa facit, ut veritatem
inveniamus, sicuti est in secundo τῆς τῶν φυσικῶν. Atque idem plu-
ribus docet Philoponus in lib. 1. Meteorologicorum. Scitum
verò est, quod Ammonius in Categorias addit, ne voluisse qui-
dem Aristotelem, ut in sua acquiescamus sententiâ, sed ut inqui-
ramus in eam. Inde quidem cognoscemus, quid statuere oporteat:
& quare sic oporteat: quando quidem etiam, cur nihil sta-
tuere conveniat: ut in re incerta.

- §. 8. *Itaque non unius solum secta sententiâ nôsse con-
venit: sed etiam sciendum, quid alii quoque senserint.*

Hoc in doctore imprimis requiritur, ut Lucianus monet. Eo-
que Alexander Aphrodisiensis aliorum etiam sententiâs cum Ari-
stotelicâ confert: atque idem Porphyrium fecisse, auctores sunt
Simplicius & Boëthius.

- §. 9. *Nec propterea omnes omnium sententiâs coacervare
attinet, sed λόγους solum.*

Nam Varronis est Eumenidibus. *

*Postremò nemo agrotus quicquam somniat
Tam infandum, quod non aliquis dicat Philosophus.*

* apud No-
nium in
Infans.

Quare solum congeremus, quæ vel ob dicentis auctoritatem, vel rei ipsius probabilitatem, quippiam ponderis habere, & conturbare aliquem posse videantur.

§. 10. *Postquam rei historiam, ac variorum sententias cognovimus, in accuratam rei notitiam incumbemus: ac primum in Philosophiâ distinguemus hæc tria, παιδείαν, γυμνασίαν, καὶ Ἰσθημῶν. Παιδείαν nomine intelligo Logicen, & ejus methodos.*

Ita ad παιδείαν pertinet primum caput libri primi physices ἀποδείξεις: quo Aristoteles exponit, qua methodo, quoque ordine debeat tractari scientia naturalis.

§. 11. *Ad γυμνασίαν sive exercitationem refer disputationes Topicas.*

Utillas, quibus passim Aristoteles utitur in veteribus refellendis: item cum differit in utramque partem, ut certius deinde de rei natura statui possit.

§. 12. *Ad Ἰσθημῶν sive scientiam pertinent, qua scientia sunt propria: ut sunt conclusiones per demonstrationes cognita & resolutionis methodo ad sua principia ac definitiones accuratas perductæ.*

Cujusmodi ex Aristotele, ac præcipuè lib. v. i. *Φυσ. ἀπρ.* complexus est Proclus, *ἐπιχρώσας* de motu, quam duobus libris elegantissimè tradidit. Estque hæc omnium via & ratio optima, tradendi compendia. Quam & Hieronymus Savonarola in epitome philosophiæ conatus est inire: sed non satis, quod voluit, est affecturus. Voluntas intereà laudem egregiam meretur.

§. 13. *Vtile item est, ut in philosopho quoque observemus, quam rationem insistat in philosophando: Vti quod Aristoteles prius refutet aliorum opiniones, quam propriam exponat: quod prius Φαινόμενα atque historiam referat, quam causas inquireat: quod quæstione propositâ, antequam eam solvat, aliam inducat, atque ex*
ejus

ejus solutione etiam solvat priorem: imò & gaudeat multas adferre dubitationes, quas uno & eodem solvat responso: quòd mirà brevitate contentus interdum ponere minus pronunciatum, omittat majus, atque item conclusionem: quòd etiam in certis & exploratis, quasi ambigat, gaudeat dicere, fortasse, videtur, aliaque ejusmodi: quòd numquam recedat ab evidentia & sensu communi: & id genus alia.

Hæc similiaque, ut sciat Philosophiæ doctor, poscit Simplicius. Sed multum etiam adferunt lucis discipulis, si in legendo Aristotele observentur.

§. 14. *Etiam Philosophia curandum doctoribus, ut disciplinas non tam tradant ex libris, quàm ex sensibus interioribus.*

Sic sanè Plato, Aristoteles, veterum alii fecère. Nec alius est librorum finis, quàm sola recordatio; ut Plato monet in Philebo.

§. 15. *Quòd si ex libris Aristotelis Philosophiam discere volumus, non solum legendi ejus libri syntagmatici, sed & alii ejusdem scriptoris.*

Contra tamen obtinet in Academiis, ut soli prælegantur Systematici: quòd utcunque ferri poterat, si auditores commonerentur, ut librorum cæteros studio proprio sociarent domi.

§. 16. *Inque libris syntagmaticis tria hæc attendemus: scopum operis; præcepta eò spectantia & sic disposita, ut alia ex aliis perpetuâ serie dependant; & genus dicendi, arti vel scientiæ illi conveniens.*

Quæ tria Simplicius observat comment. in Categ. Aristotelis. Ac duo priora ex doctrinâ de methodo Analytica & Topica cognoscimus. Tertium ex elocutionis præceptis; quæ maximè conducunt in procemiis, epilogis, & exhortationibus ad disciplinas.

§. 17. Hoc pacto distinguemus inter σοφίαν & ornatum; inter propositionem operis, & cæteras conclusiones; inter rationes & argumenta; inter ea qua petuntur & Logicis, vel primâ philosophiâ, & inter scientiæ propria; inter præcepta, & exempla.

Optandum sit, ut magis ad ea attenderetur. Majore enim cum fructu, & philosophi, & cæteri legerentur scriptores.

§. 18. Quod si obscurus se philosophi locus obtulerit, videndum, sitne ex libro germano, an adulterino; & si genuinus, utrum ex acroamatico, in quo plus auctoritatis, an exoterico, in quo minus: an hypomnemático, in quo minimum ponderis: & ut sit ex acroamatico, et quid ex professo, an obiter dicatur. Quod si sic quoque difficultas permaneat, non de eo nimis anxie laborandum, dummodo constet, quid de re totâ sit sentiendum.

Sanè inter causas cur antiquis temporibus tanti evaserint Philosophi, ea quoque est, quòd non tam de mente scriptoris solliciti forent, quam de intimis philosophiæ sensibus. Nec enim è libris philosophiam hauriebant, sed quæ viva voce didicissent, memoria complectebantur. Veterum exemplum post multa sæcula revocare voluit Alypius, insignis dialecticus, ac philosophus, cujus (ut Eunapius ait) ἡ παιδεία ἦν ἢ μὲν συνύστατος μόνως. βιβλίον ἢ περιέφερον εἰδείς. Insuperatio se continebat intra sermonem colloquiaque privata, librum autem nemo proferebat. Sed etsi hic modus proficiendi, quo solùm de re laboratur, sit præstabilior, habet tamen & alter sua commoda, ob ingenii nostri ac memoriæ imbecillitatem. Atque ideo, recordationis gratia, libris committuntur disciplinæ: ut Plato ait in Phædro. Optimum igitur si vivos magistros jungere liceat mortuis, veteres novis: nec tamen ullius scriptoris locis nobis crucem figi sinamus, modò sciamus, non dico, quod Philosophus dicit, sed quod Philosophia docet. Præsertim cum multa à librariis peccentur, ipsi etiam scriptores quandoque dormitent, atque adeò sibi ipsis contradicant.

§. 19. Ad solidam Philosophiæ naturalis notitiam paucissimi

ſibi pertingunt, non modò ob ejus obſcuritatem, ſed aliis etiam de cauſis.

Negligunt enim hiftoriam naturalem, quæ fundamentum eſt ſcientiæ naturalis. Deinde ignorant Mathefin, quæ præſtat ut meliùs cauſas perſpiciamus, & effectus producamus. Præterea cogitata nimis avellunt ab experientia, & rebus particularibus; malunt nimirum verſari in generalibus, tanquam in campis liberis. Adhæc non diſcunt placita veterum Philoſophorum, ſed in unum jurant Ariſtotelem, cum multa benè dixerint priores, quæ ſi Ammonio credimus, non optima fide Ariſtoteles refert. Imò nec magiſtro quidem Ariſtotele jungunt diſcipulum Theophratum, qui tamen in nonnullis ab Ariſtotele diſſenſit. Nec leguntur veteres Ariſtotelis interpretes, ne quidem antiquiſſimus omnium Alexander Aphrodiſienſis, quo non alter Ariſtotelem vel meliùs intellexit, vel ſtudioſiùs defendit. Denique non diſtinguunt inter problema:ta & dogmata; cum quædam adhuc incerta ſint, eoque non debeant definiri. Tam enim peccat, qui ſtatuit de incertis, quamdiu ſunt hujusmodi; quàm qui in dubium rurfum vocat, quæ indagacione multa deſerunt eſſe incerta.

C A P. IV.

§. 1. **H***æc de Philoſophiâ univerſè: nunc de ejus diſviſione, & partium partibus agamus.*

Quam ad rem ſine dubio plurimum profuiſſet liber Adraſti Aphrodiſienſis, vetuſtiſſimi Peripatetici, de ordine librorum Ariſtotelis. Sed quia is periit, ex Ariſtotele ipſo, & veterum interpretum aliis, verum ordinem librorum Ariſtotelis, ac partium omnium Philoſophiæ indagabimus.

§. 2. *Partes Philoſophiæ ſunt duæ. Una Φυſικὴ, ſive naturalis, quæ ſtriçtè ſapientia dicitur, altera πρᾶξις, ſive activa, quæ prudentia vocatur.*

Eas partes tum ſine aiunt diſferre, tum objecto. Fine, quia cum Philoſophia ſit animæ medicina, & animæ vires ſint duplices,

plices, cognitionis altera, altera appetitus, priori medeatur Φυσική alteri *πρακτική*: quia illius finis sit scientia, hujus actio. Verum non omnis Φυσική est θεωρητική, sed quædam *πρῆλική*, ut inferius dicemus. De objecto autem planè assentio. Illa enim est de rebus necessariis, hæc de contingentibus: sive illa de divinis, hæc de humanis: unde Strabo initio Geographicorum ait, Philosophiam esse τὰ θεῖα, καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιβλέποντα, *ejus, qui divina ac humana considerat*. Et apertius Marius Victorius lib. 1. Rher. Cic. *PLENA Philosophia est, qua constat ex duabus, Physicâ & Ethicâ. Physicâ est, qua de divinis agit, Ethicâ qua de humanis differit*. Ubi Physicorum nomine etiam Metaphysica, ac Ethicis itidem Politica continentur. Veteres quoque Critici, qui omnem philosophiam ab Homero dimanasse credebant, divisionem hanc ex eo Poëtæ loco desumptam putant; ubi Diomedes h. e. Philosopho, Pallas sive Sapientia, omnem caliginem quæ mortales hebetat visus, ita absterget, ut Deos atque homines noscat, ait enim Homerus *

* *Iliad. E.*
v. 127.

Ἀχλὺ δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἔλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν.

Ὄφρ' ὧ γινώσκεις ἢ μὲν θεόν, ἢ δὲ καὶ ἄνδρα.

Caliginem verò tibi ab oculis abstuli, quæ priùs inerat, Ut bene dignoscas tum Deum, tum etiam hominem.

Nempe per Deum intelligunt res necessarias, h. e., quæ vel semper sunt, non autem fiunt; vel quidem fiunt, sed à natura, non à nobis. Quæ considerat θεωρητική. Per homines signant res contingentes activas, h. e., quæ fiunt à nobis & agi dicuntur, non effici. Quæ pertinent ad *πρακτική*. Nam ut in vi. Nicomachiorum docetur, aliud est *προνοησις*, sive actio, quam dirigit *φρόνησις*, sive prudentia; aliud *ποίησις*, sive effectio, circa quam versatur ἡ τέχνη, sive ars. Artes autem ad Physicam reducuntur, ut postea ostendemus.

S. 3. Præstabilior diviniorque harum Philosophiæ partium creditur Φυσική, quia quod propter se est, præstat ei, quod propter aliud est.

Est hæc sententia Aristotelis, ut videre est lib. x. Nicom. & vi. 1. Polit. & vi. 1. Ethicorum, ubi sapientiam prudentiæ præfert. Censet idem theoreticas disciplinas magis esse honorabiles, practicas

eticas magis laudabiles: idque quia illæ discuntur propter se, hæc propter aliud: fines autem sint honorandi: at quæ ad finem referuntur, magis laudes mereantur.

§. 4. *Etiã Naturalis philosophia antiquior est Morali.*

Itaque primò naturæ indagatio dicebatur σοφία: pro quâ, ut superius quoque tangebamus, φιλοσοφία poni cœpit, postquam Pythagoras Leonti Phliasiſiorum tyranno, se non σοφόν, quod arrogantius, sed φιλόσοφον esse rêspondit. Unde postea eos dixere Philosophari, qui rerum naturalium latentes causas scrutarentur: Philosophiam autem, indagacionem rerum obscurarum & remotarum à vulgi notitiâ. Indicat hoc ipsum Aristoteles, cum admirationem scribit esse causam Philosophiæ: quæ profectò admiratio unde, præterquam ex causarum naturalium ignorantia, profecta est?

§. 5. *Vtraque hac Philosophia, non à Philosophis modò, sed etiã à Poëtis docetur. Tam latè enim patet Poësis, quàm Philosophia: quia ut Philosophia vel naturam docet, vel vitam format; ita Poësis fabulis fictis vel natura arcana involvit, vel vitam privata tum publica rationem tradit.*

Itaque Poësis Straboni vocatur prima quædam Philosophia. Nèc Horatius dubitat dicere, moralem ac civilem vitam meliùs ab Homero doceri, quàm Crantore, & Chrysippo. Sanè Poëtas esse morum & vitæ magistros, non modò Pythagoricorum, sed etiam Aristoxeni Musici sententia fuit: Imò Plato ipse moriens Sophronis mimos habuit capiti subjectos. Nec differt Poësis ab Historia, vel Philosophia, nisi quod Philosophia doceat præceptis, Historia exemplis veris, Poësis fictis. Quippe nascitur Poësis ex imitatione actionum, sive vilium, ut in Comœdiâ & Satyris; sive præstantium, ut in Epicis & Tragœdia. Quæ omnia fusius prosequimur librò de re Poëtica.

§. 6. *Ordine doctrina Philosophia Naturalis prior est Morali. Nam ut scientia naturalis incertior & difficilior est Atathesi, quia ab incertâ sensuum cognitione dependet;*

C

pendet; ita est facilius, quàm Philosophia activa; quia natura scientia præter demonstrationem nihil requirit; activa autem philosophia est iudicare, de quibusvis actibus vita humana, tam publica quàm privata: quam ad rem longiori est opus usu & experientiâ. Præterea Ethica docet colere virtutem: adolescentes autem, ob affectus vehementes quibus æstuant, vix possunt esse idonei auditores Philosophiæ Moralis.

Nititur his argumentis Aristoteles initio Nicomachiorum: præter quem, à naturali Philosophia esse auspicandum Panætius & Posidonius sensere: item Boëthius Sidonius, ut testis est Ammonius. Mens eadem Sexti Empirici: sed causa quam adfert parum idonea videtur. Ed enim jubet præmitti, quia antiquior est. Quod argumentum si validum esset, prius Chirurgia quam Medicina disci deberet. Nec multo validius illi, qui eo probant præmittendam Physicam, quia ut virtutum vitiorumque doctrina intelligatur, prius scire oporteat naturam animæ & ejus facultatum: quæ in Physicis exponitur. Sed hæc ratio ed minoris est momenti, quia in Ethicis ab Aristotele ipso doctrina animæ *ψυχῆς* doctrinæ virtutum & vitiorum præmittitur. Quod nihil fieri opus esset, si omnes Ethicam olim ante Physicam didicissent. Sed adversatur nobis Diogenes Apolloniota; is enim, ut docet Laërtius in Zenone, à Philosophia morali incipere jubebat, quia, qui virtute est instructus, rectius iudicium de veritate feret. Sed Ammonius, & Simplicius rectè respondent, nequaquam ad hoc opus esse, ut quis omnium demonstrationes, quatenus patitur argumentum, ex Philosophia morali didicerit; sed sufficere, si ex aureis Pythagoræ versibus, aut carmine Theognidis, vel similibus paræneli hauserit virtutis præcepta.

§.7. Physices autem nomine nunc laxius utor: ut complectatur, tum partem universalem, qua versatur circa ens, quàm ens; tum particulares duas, qua de specie entis agunt: unam de corpore naturali, alteram de substantiis incorporeis. Scientia entis, quàm ens dicitur prima philosophia.

Sic

Sic vocat Aristoteles ipse lib. iv. Metaph. text. v. & lib. vi. text. 111. Quemadmodum autem Metaphysicen his locis vocat πρώτων Φιλοσοφίαν, ita Physicen lib. 111. cap. 111. & lib. vi. cap. xi. vocat δεύτερων Φιλοσοφίαν.

§. 8. Quod ad ordinem primæ philosophiæ, & duarum particularium scientiarum: prius agendum videtur de ente ἀπλῶς, quod ab Aristotele fit prioribus Metaphysicorum libris; deinde videndum de corpore naturali, de quo in Physicis; denique accedendum ad considerationem Dei, & intelligentiarum, de quibus in posteriori parte Metaphysicorum. Prius agendum esse de ente universali, nempe mox post Logicen, eo probatur, quia hæc Metaphysicorum pars tradit omnium artium & scientiarum principia: neque Physice, vel reliqua Philosophia, intelligi possint, nisi perfectè cognoverimus, quid sint actus, potentia, per se, per accidens, & alia, quæ decem primis Metaph. libris exponuntur. In doctrinâ autem entis particulari, Physice præmittenda illi Metaphys. parti, quæ est de Deo & intelligentiis. Quanto enim primæ, h. e. divinæ naturæ sunt naturæ præstantiores, tantò etiam difficiliùs intelliguntur.

Dixerit aliquis, ita partes Metaphysices divelli, si inter eas Physice interseratur media. Sed quibus hoc absurdum videtur, non attendunt, posteriorem Metaphysices partem, esse particularem, ut quæ agat de solo ente immateriali: priorem autem agere de quovis ente, omniumque artium ac scientiarum principia tradere; ut ipse Aristoteles agnoscit in primo de Demonstratione. Ita Ammonius in Porphyrium principia Geometriæ stabilit ex Metaphysicis. Unde colligimus, duas esse scientias: quod verò Aristoteles eas conjunxerit, id ex eo est, quia non ita multa viderentur, quæ de Deo & intelligentiis naturâ cognoscimus, ut distincta iccirco scientia constitui deberet. Adde quòd Aristoteles in Metaphysicis sylvam ejus scientiæ congeffit, non

autem eo iudicio digessit, quo alios libros; quam curam posteris reliquit. Unde fortasse est, quod Plurarchus in Alexandro censeat, ita scripsisse Metaphysica, ut inde nec doceri, nec disci possit; sed specimen solum reliquerit, unde aliquid accuratius elaboraret posteritas. Et sanè Theophrastus, in eo fragmento, quod superest, videtur partes illas Metaphysices separasse: & Pasicrates ultimo cap. fragmenti de Sapientia, videtur omittere partem priorem, quæ est de principiis omnium artium, solumque agere de principiis rerum. Nam ait, primò videndum quid sit natura, similiterque orditur ac Aristoteles in initio lib. x i. Solus Nicolaus Damascenus non distinguit duas illas partes: sed propterea reprehenditur ab Alexandro, Averroë, & Peripateticorum aliis.

§. 9. *Huncce igitur ordinem secuti, primò videamus de universali scientiâ, quam primam philosophiam vocari diximus. Esse huiusmodi aliquam scientiam eò comprobatur, quia quicquid scitur, ad aliquam pertinet scientiam. Scitur autem ens, ut ens. Deinde quicquid ad scientiam pertinet, vel ad generalem refertur scientiam, vel specialem. Entis quâ ens doctrina non est specialis scientia, cum aequaliter ea ad omnes pertineat particulares scientias: quale quod est, non in singulis scientiis debet repeti, sed in universali unâ universè debet explicari. Est igitur universalis quadam scientia, cujus sit entis species & affectiones explicare. Exponitur ea ab Aristotele primis X Metaphysicorum libris. Sed liber Metaphysicorum secundus, qui Græcis minus Alpha vocatur, creditur Pasicratem habere auctorem.*

Hanc aliquorum de auctore fuisse opinionem refert Joannes Philoponus & *Θεολαῖς* in libros Metaph. Fuit is Pasicrates inter discipulos Aristotelis.

§. 10. *Hujus scientia utilitas summa est ad accuratè scientias*

rias ceteras, ac Naturalem præcipuè noscendam; cùm genere ignorato, species intelligi nequeant.

Aliiter tamen videtur sentire Plutarchus in Alexandro, ubi sic scribit; ἀλλῶς δὲ ἢ μὲν τὰ Φυσικὰ πραγματεία πρὸς διδασκαλίαν καὶ μάθησιν εἰδὲν ἔχουσι χεῖρισμον ἐπιπέδου τοῖς πεπεδημένοις ἀπὸ δεξιῆς γίγνεσθαι. Quæ ad verbum sonant, *Revera enim commentarius ille, qui μὲν τὰ Φυσικὰ dicitur, ad docendum vel discendum nihil utilitatis adfert; ac solum scriptus est, ut sit eruditæ specimen.* Sed locus iste difficultate non caret, ut ostendunt, quæ ad eum Xylander annotavit. Sed quicquid est de Plutarchi mente, certum est ante cæteras disciplinas, præter sermonis & dicendi disciplinam, scire opus esse Logicen & Metaphysicen: illam, quia definire, dividere, argumentari, & ordinare docet: hanc, quia generatim agit de omni ente, ac specialia ex generalibus dependent. Quas duas disciplinas qui didicerit, is etiam ex mutis magistris artes ac scientias discet: meliùs tamen si viva boni doctoris vox accesserit.

§. 11. Nec modò in universâ Philosophiâ summus est prima philosophiæ usus, sed etiam in Theologia scholastica.

Quæ sine illa planè nequit intelligi.

§. 12. Prima philosophia est bipartita; una pars est de speciebus entis, unde de Categoriis tractat: altera est de entis affectionibus, ut sunt transcendentia, unum, verum, bonum.

C A P U T V.

DE PHYSICÆ SPECULATIVA.

§. 1. Atque hæc dicta sunt de Physicæ universali, sive primâ philosophiâ. Sequitur Physicæ particularis, sive philosophiæ θεωρητικῆς, occupata non circa quamlibet substantiam, sed certum ejus genus. Hæc Physicæ particularis est partim de corpore naturali, quæ strictè φυσικὴ

nominaur: partim de Deo & intelligentiis; qua Metaphysica accensetur.

Mathesin eò præterimus, quia Philosophiæ ancillatur. Eoque non pars est Philosophiæ, sed ad præparantes disciplinas pertinet. Atque hinc liquet mens Aristotelis, cum IV Metaph. ait, partes tot esse philosophiæ, quot sunt partes substantiæ. Nam substantia vel prima est, sive incorporea, ut Deus; vel secunda, sive corporea, ut corpus naturale. Philosophiæ igitur nomine non comprehendit Aristoteles *περὶ τὸ φυσικόν*, sed solum eas scientias, quæ considerant substantiam. Ut Metaphysicen, & Physicen. Mathematicen addit Ptolemæus initio *μαθηματικῆς συντάξεως*: item Ammonius proœmio in Porphyrii Introductionem: ut taceam de Pachymerio, & aliis nonnullis. Sed eam Aristoteles non hic tantum, verum alibi etiam è Philosophia excludit: ut lib. XI Metaph. Ubi Astrologiam ait propius accedere ad Philosophiam, quia sola agat de substantiâ. Itidem Alexander Aphrodisiensis, qui comment. in lib. I Anal. Prior. Philosophiam ait esse scientiam divinorum, & eorum quæ naturâ sunt, vel constant. Ubi itidem haberi Mathematices rationem videmus. Atque eadem mens Tullii, Senecæ, Galeni, aliorum. Vulgò obijciunt locum è lib. V Metaph. ubi tres Philosophiæ partes facit, Physicen, Mathematicen, & Metaphysicen. Sed occurrit Alexander, pro *philosophia reponendo disciplinam*; ut mens sit philosophi, tres esse disciplinas speculativas, Physicen, Mathesin, & primam philosophiam.

§.2. Nata est Scientia Naturalis partim ex naturalibus exemplis, vel præter naturam evenientibus, ut sunt prodigia, & monstra: partim ex iis quæ ex arte contingunt, ut Mechanica. Exemplorum istiusmodi alia quidem casu oblata, alia sunt exercitatione sive sollicitudine circa rem unam reperta.

Quæritur, quot experimenta singularia requirantur ad experientiam generalem? Sed hoc difficile est dictu. Multa dixerit aliquis. Sed quid multa vocent, itidem obscurum est. Num sena? an dena? an centena? Nimirum prope simile est, ac cum quæri-

quæritur, num regio quæque proferat omnia necessaria ad vitam & morborum curationes. Num definire oporteat limites regionis. Utrum signant limites imperii? At hi nunc exigui, nunc maximi. Num naturæ? at insulæ aliæ minutæ, aliæ ingentes: in continente quoque limites montium & fluviorum, nunc propè sunt, nunc longissimè distant. Itaque ad hujusmodi quæstionem docti difficulter respondent, indocti facillè, quia naturam quæstionis non intelligunt.

§. 3. Exemplorum collectio constituit historiam naturæ: quæ præparat ad scientiam naturæ. Etsi verò Historia propriè sit individuorum, quæ circumscribuntur loco ac tempore: Naturalis tamen historia non solum individua, sed etiam species considerat.

Circa individuum occupatur, si unicum sit speciei individuum: ut Sol, Luna, Hesperus. Item si individuum aliquod longè à reliquis recesserit; ut sit in monstris, ac prodigiis. Sed circa species versatur, quando agit de stellis, cometis, ferro, quercu, leone, & similibus. Ut de his quoque agat Historia naturalis, sit ob similitudinem summam. Ita ut hic locum habeat, quod in re aliâ ait Comicus, *unam noris, omnes noris.*

§. 4. Nec eò disciplina confunduntur, quia tam Historia quàm Scientia naturalis species considerat. Nam Historia non narrat: Scientia causam exponit, eoque longè est præstantior Historia. Nam qui rationem omitunt, potius dicunt, quàm docent.

Historia naturalis refert, quæcunque in naturâ multis sæculis observata sunt; sive in cælestibus, sive in meteoris, sive globo terræ & aquæ, sive speciebus fossilium, animalium & plantarum. Præcipuus verò ejus finis, atque usus est, ut materiem suppeditet ad condendam Philosophiam naturalem. A quâ differet, quòd Historia naturalis solius est experientiæ, quæ sensu perceptâ refert: Philosophia sit opus ingenii, quòd rationes scrutatur, atque invenit. Atque ex hisce liquet, cur Aristoteles libros suos inscripserit Historiam Animalium. Theophrastus Historiam

storiâ Plantarum, Plinius quoque Historiam Naturalem : qui & hoc ipse indicat lib. xi cap. 111 : *Nobis, inquit, propositum est naturas rerum manifestas indicare, non causas indicare dubias.* Hosce Naturalis Historiæ libros Cardanus vocabat afininos. Sed quòd sic de *libris doctissimis viri nunquam satis laudari loqueretur, meritò reprehenditur à Cæsare Scaligero ad Cardanum exercit. CLXII, sect. 11.*

§. 5. *Historia hæc vel est natura libera, & juxta consuetum ordinem agentis; ut in celestibus, item in communi generatione hominis: vel est natura impedita, ut in monstris, quæ à cursu ordinario deflectunt; vel natura factitia, sive opera humana novata; ut in artificialibus. Quæ & ipsa ad naturam pertinent, cum naturalia & artificialia non essentia differant, sed efficiente.*

Nam nihil refert utrum natura an homo activa applicet passivis, dummodo idem sit effectus. Quomodo tam aurum est purum, quod ab homine igni excoquitur, quàm quod à sole excoctum interdum in arenis invenitur. Proinde historia vel spectulativa est, ut eclipsium & monstrorum: vel operativa, ut illa de experimentis medicis, ac mechanicis. Intellige autem solam operativam empiricam, quæ causas omittit; nam iis additis, ad Philosophiam pertinebit.

§. 6. *Præcipuè verò Physici est exponere causam consecutionis, quæ est è necessitate materiæ: nam causa finalis, sive utilitas consequens, intentionem Dei respicit; eoque est sublimioris considerationis.*

Democritus, & plerique alii veterum (in his Epicurus) causam adferunt materialè. Plato, & Aristoteles sæpè finalem. Nempe quando exitum aliter non reperiunt, recurrunt ad hanc causam, quæ potiùs respicit Deum & providentiam. Quare Democritus, utcunque eum Aristoteles culpet, magis munia implet Philosophi naturalis. Attamen consideratio causæ finalis magis nos ad divinam ducit providentiam. Sed eam Aristoteles obscurat, cum Naturam pro Deo substituit. Impiè tamen
Demo-

Democritus, & Epicurus, quodd finalem negant. Nam absque
Mente coaluisse hanc mundi machinam, & absque eadem con-
servari putant.

§.7. *Primus Physica scripsit Alcmaeon Crotoniata.*

Auctor Clemens Alexandrinus lib. 1 ΣΤΡΩΜ. *

* pag. 133
v. 11.

§. 8. *Cynici Physicem averfabantur.*

Solam enim Moralem philosophiam curabant. Quodque So-
cratem alii dixisse aiunt, cum à naturalibus homines ad moralia
avocaret, id Diocles Diogeni Cynico adscribit: nempe illud;

Δὲ ζῆτεῖν,

Ὅτι τοι ἐν μαθήσοις κἀνὸς τ' ἀγαθὸν κἀκαῖον.

Quarere oportet,

Quid domibus nostris recte malè geratur.

§. 9. *Sed Natura hic liber longè est utilissimus. Ac pri-
mùm ad pietatem, quia viam docet ad agnoscendum
Deum, ejusque potentiam, sapientiam, ac bonitatem.*

Potentiam, quia omnia fecit ex nihilo, quod omnem vim
creatam exsuperat. Sapientiam, quia tam pulcra omnia fecerit,
tam pulcro etiam ordine disposuerit; unde Græcis κόσμος, Lati-
nis mundus vocatur: ut est apud Cic. de Universitate, & Plinium
lib. 1. Nat. Hist. cap. 1v. Plato propterea vocabat καλλίστην, ut
observat Philo lib. de Mundo. Denique & Bonitatem Dei agno-
scimus, quia fecerit omnia propter nos.

§. 10. *Deinde conducit ad praesidium hujus vite: ut in Me-
dicina, Agricultura, & ceteris artibus.*

Ad Medicinam conducit, quia principia ejus tradit. Mecha-
nicis etiam conducit, quia artis cujusque materiam, subjectum,
principiaque materiae & affectiones exponit. Ob duplicem hunc
fructum mundus liber olim erat Antonii Eremitae: qui sic de eo
Philosophis aiebat. Est mihi unicus liber, qui tribus foliis totidemque
constat literis. Liber, Mundus est: Folia sunt Caelum, Terra, Aqua: Lite-
rae sunt illorum domiciliorum incolae: Stella & Aves in caelo: in Terra
Animalia, in quibus excellit Homo: in Aqua, Pisces. Hunc librum noctes

D

& dies

& diesolve, adeoque horas meas & jucundas, & fructuosas reddo. Dixerit aliquis, ut ut magnam afferat utilitatem cognitio scientiæ naturalis, tamen & multum nocere; præsertim doctrinam de venenis: quæ res Galenum impulit, ut in secundo de Antidotis diceret, pravi esse hominis, ac improbi, de iis scribere. Nempe quia scriptorum hujusmodi lectione magis instruuntur mali, quàm juventur probi. Quippe semper plures sunt mali: &, ut Plinius ait, qui narrat, docet. Sed enim bellè ista dicerentur, si ista discerent probi, ut nocerent. Nunc aliis longè finis, usus alius, isque maximus. Quantò igitur major numerus est malorum, tantò magis hoc agendum est probis, ut tum venena, tum antidota habeant perfecta.

§. 11. *Scientia naturalis hoc loco à nobis attenditur quantum vel speculativa, vel operativa. Speculativa partes sunt septem.*

Quarum sex enumerat Aristoteles in initio Meteorologicòn. Nempe solam omittit quintam: quæ est de metallis & fossilibus, ut postèa videbimus.

§. 12. *Prima harum est de iis, quæ communia sunt omnium corporum naturalium: & ab Aristotele octo libris φυσικῆς ἀπορίων explicatur.*

In eos eruditè scripsit Simplicius. Cujus commentarii & in hos & alios Aristotelis de scientiâ naturali libros, eò majoris fieri à nobis debent, quia inseruisse iis videtur omnes Eudemii libros Physicos: uti & multa Stratonis, qui Theophrasto successit, sed ab Aristotele in ptusculis recessit. Etiam in octo libros φυσικῆς ἀπορίων commentarios reliquit Michaël Psellus. Latine hos vertit Ioannes Baptista Camotius, ac Cardinali Gonzagæ dicavit. Ait Gesnerus Græcè fuisse in bibliotheca Didaci Hurtadi, Cæsarei ad Venetos legati. Viennæ esse in bibliotheca Cæsaris, refert Andreas Schortus præfatione in Canticum Canticorum.

§. 13. *Dividitur hæc pars communis in duas alias; quarum prior est de principiis corporum omnium communi-*

munibus, altera de communibus affectionibus. De principiis universalibus tractat Aristoteles duobus libris prioribus: quorum primus est de principiis generationis, alter verò de principiis cognitionis.

Quàm variant Philosophi super principiis, ex quibus res fiant, satis docet primus *Φυσικὴ ἀρχαίολογία*. Quare solum apponam locum Cleinēntis, ut vulgo dicitur, Romani, ex octavo Recognitionum * libro, si non ob aliud, saltem ut hic emendatius, quam in vulgatis codd. legatur: *Pythagoras elementa principiorum numeros esse dicit; Callistratus qualitates; Alcmaion contrarietates; Anaximandrus immensitatem; Anaxagoras aequalitates partium; Epicurus atomos; Diodorus ἀλλεργή, hoc est, ex quibus partes non sunt; Asclepias ὄγκος, quod nos sumares vel elationes; Geometra fines; Democritus ideas; Thales aquam; Parmenides terram; Plato ignem, aquam, aërem, terram; Aristoteles etiam quantum elementum, quod οὐκ ὀνομαζόν, id est incompellabile nominavit.*

* Fol. 83.
edit. Paris. Samii.

§. 14. *De communibus affectionibus tractat Aristoteles sex posterioribus acroamaticis.*

Ut de motu & quiere, finito & infinito, loco & vacuo, tempore, continuo, aliis. Præter Simplicium de quo dictum, ad doctrinam de Vacuo etiam proderunt Heronis Mathematica.

§. 15. *Alter pars est de corporibus simplicibus, nempe libri IV. de Cælo: quorum priores duo sunt de Calis, posteriores duo de elementis.*

Idcirco Alexander putabat, quatuor hos libro de Mundo inscribi oportere. Verùm non universè agitur de mundo, sed tantummodo de corporibus simplicibus. Syrianus existimat tantum de cælo agi; nam quæ de elementis habet, afferri ob doctrinam de cælo, ut appareat non ejusdem naturæ cælum esse & elementa, sed habere cælum naturam planè diversam. Quod si verum esset, *παράγως* solum de elementis sic ageretur. Quod falsum. Cælum esse diversæ ab elementis naturæ, primus docuit Aristoteles. Simplicius tamen existimat, eandem fuisse sententiam Platonis: atque hoc conatur probare ex Xenocrate, qui

Platoni post Speusippum successit, deque vitâ Platonis librum reliquit, in quo retulit, cælum discrepare naturâ ab elementis, habereque figuram dodecahedron, quæ ab elementorum figurâ differat. Sed cum hoc de figurâ symbolicum sit, non tam ex eo de Platonis mente statuendum, quàm isto, quòd in Timæo aperte docet, cælos naturâ suâ esse dissolubiles, ac solum divinâ voluntate moveri, quò minus dissolvantur. Et videtur ea sententia magis consentanea sacris literis. De quo alibi dicemus. Etiam philosophi alii postea Aristotelem impugnarunt. Inter quos Xenarchus, fortè ille Peripateticus, quem à se auditum ait Strabo. Sed argumentis ejus acutè occurrit Alexander. De cælo etiam scripserat Theophrastus: quorum librorum meminit Proclus in Timæo. Idem scripserat de elementorum proprietate: cujus operis mentio apud Simplicium. Utrumque opus si exstaret, multa Aristotelis loca collatione illorum illustrarentur. Sed benè est, quod Simplicium in quatuor de cælo libros habemus. Etiam libris prioribus de cælo lucem adferent Achilles Staius, Cleomedes, Ptolemæus, & Procli hypotyposis Astronomica.

§. 16. *Multi arbitrantur ante vel proximè post libros de Cælo collocari debere librum de Mundo. Sed liber is non est Aristotelis; nec si esset, locus ei inter acroamaticos deberetur.*

Considerantur elementa bifariam, ut sunt partes mundi, & ut sunt principia mixtorum. Priori modo pro differentiâ formam constituente, gravitas & levitas censentur ab Averroë. * Posteriori ratione pro eâ quatuor primæ qualitates habentur ab Alexandro, Ammonio, Philopono, Simplicio. Pervulgatum autem pro quadruplici tum gravitatis & levitatis; tum primarum qualitatum *συστήματα* quatuor colligi elementa. Nam elementum vel grave est vel leve: utraque hæc qualitas vel summa est vel remissa, sive solum comparatione alterius elementi. Summa levitas ignis; comparatè levis aër: summa terræ gravitas, comparatè gravis aqua. Item si calor accesserit siccitati, fit ignis: si humori, est aër. Sin frigus societur humori, fit aqua: si siccitati, terra.

* In 4 de
cælo, com-
ment. 1. &
24

§. 17. Tertia

§. 17. *Tertia Physices pars generatim tractat de corpore mixto. De quo Aristoteles libro de Generatione & corruptione.*

Cum eo confer Alexandri fragmentum de mixtione. Epitomen eorum Aristotelis librorum fecit Michael Pfellus: quæ est Viennæ in bibliotheca Cæsaris.

§. 18. *Quarta pars speciatim agit de imperfectè mixtis. sive ea μετάρω, seu μετέω ex. lubet appellare.*

Nam differre duo illa indicat Achilles Statius his verbis: τὰ μετέωρα ἐν ἕρπονῳ, καὶ αἰθέρα ἴσον, ὡς ἡλιος καὶ ἡ λοιπὰ, καὶ ἕρποντος καὶ αἰθέρος. μετάρω δὲ τὰ μετέω τῷ αἰέρω καὶ τῷ ἕρποντι, οἷον ἀνεμοί, νεφέλαι, ὄμβροί, ἀστραπαί. Aristoteles tamen hoc discrimen neglexit: ut qui librum, quo de illis, quæ in ære gignuntur, tractat, non περὶ μετεωρίων, sed περὶ μετέωρον inscripserit. Nec eò Achilles minùs commodè. Nam & Strabo lib. 1. doctrinam de cælestibus vocat μετεωρολογικὴν πεγαγματείαν. Ac Proclus in Euclidem similiter sic priorem Astrologiæ partem nuncupat.

§. 19. *De Meteoris agit Aristoteles libris tribus, idque satis accuratè.*

Et si de primo, utrum sit Aristotelis, olim fuerit dubitatum; ut ex Olympiodoro scimus; Proclus tamen in commentario Timæi ait, Platonem fuisse contentum explicare meteororum principia; Aristotelem autem progressum ultra, quam decet, dum ad minutias quasque relabitur. Sed minuta non sunt, quæ Aristoteles de meteoris docet; & ut de minutiis quibusdam tractaret, tamen non indigna essent consideratione Philosophi: quia in rebus naturalibus etiam abjectissimis latet admirabile quid & divinum, quemadmodum est apud Aristotelem lib. primo de partibus animal. Utinam cum Aristotelis Meteorologicis conferre liceret Theophrasti librum, quem de meteoris scripsisse auctor est Plutarchus. Interea ad eos libros intelligendos utamur Aristotelis libro de Nilo, & geminâ sectione problematum: item Theophrasti libro de ventis. Ad hæc Senecæ quæstionibus Naturalibus, & iis, quæ de hoc argumento Plinius scripsit. Compendium:

pendium doctrinæ Peripateticæ de Meteoris scripsit Michaël Pfellus. Exstat Viennæ in Cæsaris bibliotheca.

S. 20. Quinta pars aggreditur perfectè mixta: quæ cum duplicia sint, inanima, & animata; hæc quinta de inanimis tractat; hoc est de lapidibus & metallis.

Nec ignoro Cardanum putare, lapidibus etiam & metallis animam ac vitam inesse. Verum si auctoritate agendum, obducimus Aristotelem, qui lib. 1. Magn. Moral. cap. v. ait: *ὅτι λίθοι ὀρώμεν ἀδυνατῆς τέφρα & ὄντος: Lapidem videmus non esse idoneos ad hoc, ut nutriantur*: atque inde concludit, nutritionem esse propriam eorum, quæ animam ac vitam habent; nec in his lapides reponi posse. Sin rationibus pugnandum, illud tantummodo dicitur nutriri, quod alimentum interius suscipit, susceptum immutat, ut in locum partium, quas calor natus ubique absumit, ubique succedat, cumque composito unum per se corpus constituat. At longè aliter fit in lapidibus & metallis: ubi exterior tantummodo pars apponitur parti: Quod si ob accessionem eam vivere, & lapides & metalla dici debeant, vivent etiam capilli & barba, vivent quoque & ungues, cum hoc & illis & his conveniat. De magnete objectant, quia ferro nutriatur, ac tandem senio vires deperdat: eoque necesse sit in scobem deferri, ne interius vim amittat. Sed causa potius ista est, quia extremæ partes aëre vitiantur, uti pomum subeunte aëre proximo odorem amittit, non autem quia nutrimento careat. In scobe autem, aër eam vim in magnetem non habet; fortasse quia à scobe affectus, non item magnetem subit; vel quia sic constringit frigore suo poros magnetis, ut non æquè vis exhalet.

S. 21. Pars hæc quinta est bimembris: nam partim est de lapidibus, partim de metallis.

Quæ duo materiâ differunt: illorum substantia est terrea: horum aquea. Ut argumento est, quod cum utraque frigore coalescant, hæc quidem liquefiant, illa non item. Atque iccirco Aristoteles sub finem lib. 111. Μετεωρολογικῶν ait, lapidum materiem esse exhalationem siccam; metallorum autem vaporem sive exhalationem humidam. Non quasi hæc vel illa ex alteru-

tra

tra solum exhalatione consistit : sed quia in metallis vapor, qui aqueus est, superet : in lapidibus verò exhalatio sicca dominetur. Sunt igitur ex terra & aqua ; non tamen *ἀμέτες*, sed ex terra in exhalationem siccam, & ex aqua in exhalationem humidam resoluta. Quod etiam confirmatur eo, quia lapides metallaque sæpius ex nubibus deciderunt. Uti præter Plutarchum & veterum alios prodidere multi juniorum. In his Augustinus Niphus, qui refert, ut anno *CLDXI* in Italia, postquam igneus ille pavo in nubibus disparuerat, tres deciderint lapides, unus *CLX*, alter *LX*, tertius *XX* pondo. Item Cæsar Scaliger, qui narrat, in Taurinis longè latèque ferro pluuisse. Conradus etiam Gesnerus exempla affert similia : uti de lapide, qui Torgæ deciderit fulmine anno *CLDXI* : item de altero, qui anno deciderit *CLDCCC LXI*, trecentarum librarum : quem Enshemii in templo suspensum conspiciere sit. Nempe non dubium est, quin vapor & exhalatio sicca in nubibus sit concreta ac indurata, sic ut in lapides metallaque verterentur.

§. 22. In parte hac de lapidibus & metallis, prius historia spectari debet.

Hanc docebunt ex antiquis Theophrastus libro *Ἐπιπέδων* & Plinii historia naturalis. E media antiquitate Michael Psellus libro *Ἐπιπέδων δυνάμεων* ^a, quem primus Græcè edidit ^b, Latine vertit, & notis adauxit Jacobus Maussacus. Ante eum Latine & Italicè verterat Adrianus Spigelius Philosophus & Medicus Gymnasii Patavini. Translationem eam adseruat gener Liberalis Crema, Philosophus & Medicus Tarvisinus. Item è junioribus adi Agricola, & alios.

^a de lapidum virtutibus.
^b Tolosa
an. 1615.

§. 23. Causas verè utrorumque cognoscere est ex libro quarto Meteorologicòn ; qui tractat de perfectè mixtis. Nam tribus his partibus absolvitur. Primum agit de caloris & frigoris actione. Hinc de viribus eorum, quæ corporibus similibus conveniunt, per humorem & siccitatem. Denique de constitutione corporis ejus, quod similibus constat partibus.

Quartus

Quartus igitur liber ad Meteorologica non pertinet. Quin Alexander & Ammonius censent referendum ad libros de Ortu & interitu; ut nempe Tertius is liber sit: vel ut Olympiodorus putat Secundus: nam inter utrumque de Ortu interferebat. Movit eos, quod hic agitur de qualitatibus primis, duasque earum ostenditur agendi vim habere, nempe calorem & frigus: duas patiendi, nimirum siccitatem & humorem, atque id ex earum definitionibus & effectis comprobatur. Satis autem liquet, Meteora oriri ex actione caloris & frigoris, & perpeffione humoris ac siccitatis. Ut videatur liber is rectè præmitti Meteororum doctrinæ. Sed huic sententiæ, quam etiam Gesnerus amplectitur, obstat illud, quod non tam ibi agitur de primis qualitatibus, quatenus pertinent ea ad imperfectè mixta, ut sunt meteora; sed ad perfectè mixta, ut sunt fossilia, plantæ, & animantia. Quæque epilogo ejus libri Aristoteles dicit, cohærent cum doctrina de animalibus & plantis. Sic enim scribit. *Deinceps disputandum quid sanguis, quidque os, ac uno verbo de partibus similaribus (μοιομεταίσι) deinceps de compositis ipsis, puta animalibus & plantis.* Ut omnino is liber viam sternat non solum doctrinæ fossilium, sed etiam plantarum & animalium. Imò absque iis, quæ hoc libro traduntur, nec Agricultura tradi ex arte posset, nec causæ eorum cognoscerentur, quæ ad fabrilem artem & sellularias pertinent: ipsaque etiam Medicina, sinè eorum notitia, ut Averroes agnoscit, incerta vagaretur. Agitur enim hic de concoctione, cruditate, duratione, mollitione, densatione, putredine, & similibus, in quibus Medicus occupatur. Ratio enim docetur corporum similarium, sive metalla sint aut lapides, sive animalia aut plantæ. Ut omnino mirandum sit, non magis hunc librum in manibus esse, cum absque eorum notitia frustra se aliquis Physicum aut Medicum profiteatur. Quædam tamen in eo brevius atque obscurius dicuntur, quæ lucem accipient ex aliis Philosophi libris: præsertim illis de partibus animalium, & aliis, quibus explicat causas eorum, quæ ad animalia aut plantas pertinent.

§.24. Sexta pars est de Animalibus.

Nisi quis fortè existimet doctrinam de plantis præmitti debere.

bere. Censent id nonnulli, quia, ut aiunt, plantæ sint simpliciores animantibus. Sed aliquid dicerent, si vel animalia ex plantis componerentur, vel eorum doctrina sine plantarum notitia intelligi non posset. Quorum utrumque falsum est. At, inquiunt, si Aristoteles prius agit de anima nutriente, quàm de sentiente, prius quoque agi debet de plantis, quæ habent animam nutrientem, posterius de animalibus, quæ sensu prædita sunt. Verùm dispar hęc ratio. Propterea enim Aristoteles prius agit de anima nutritiva, quia anima nutriens est simplicior, & doctrina ejus brevior ac facilior. At doctrina plantarum est difficilior, quam animalium, ut Theophrastus ait. Qui & causam hanc exponit; quod natura plantarum explicari debeat, ex ἀναλογίᾳ & comparatione animalium; ut omnino animalium doctrina debeat præmitti. Hęc sententia comprobatur quoque initio primi Meteorologicón, ubi Aristoteles partes scientiæ naturalis enumerat, atque illam de Animalibus, alteri de plantis præponit.

§. 25. *Commendat doctrinam hanc, quod Salomon ipse scripserit de quadrupedibus, avibus, piscibus, insectis.*

Uc cognoscere est ex lib. 111. Reg. cap. 14. 33.

§. 26. *Item quod ex animalibus exempla haurimus omnium virtutum, omniumque officiorum documenta.*

Quod ad φιλοσοφίαν πρᾶξις pertinet.

§. 27. *Item utilis studio eloquentiæ.*

Nam naturæ intelligens, elegantissimis utetur translationibus; multis enim imaginibus & similitudinibus illustrabit orationem.

§. 28. *De animalibus prius explicanda est historia, quàm causa exponantur.*

Vt Aristoteles ait lib. 1. de Partibus anim. Non, quasi historia sit philosophiæ naturalis pars, nam sola explicat φαινόμενα; verum quia historia viam sternit Philosopho in causis inquirendis.

E

§. 29. Hi-

§.29. *Historia libri sunt IX: quorum quatuor primis agitur de substantiâ animalium, puta tum de substantiâ, h.e. de materiâ sive partibus (nam de animâ non erat historiâ opus:) tum de affectionibus, ut sunt sensus, memoria, similesque. Tres sequentes libri sunt de ortu animalium. Duo ultimi de vitâ, quæ ortum sequitur.*

At decimus liber non est Aristotelis, ut rectè sensit Theodorus Gaza: vel saltem ad historiam animalium non pertinet, cum agat de causis sterilitatis, eoque potiùs ad libros de ortu referatur. Præterea Laertius tantum novem memorat. Nec satis convenit is liber cum placitis Aristotelis: de quo Cæsar Scaliger in priorem de Plantis *, perperam cum altero Aristoteli tributum.

* pag. 44.
adit. Cri-
pin. an.
1566.

§.30. *Historiam hanc magnâ & industria & fide scripsit Aristoteles: qui ut naturam eorum certius proderet, multa hominum millia, aucupes alii, alii piscatores, alii venatores, parere ei ab Alexandro iussa.*

Auctor Plinius, qui Aristoteli jungendus in doctrina de animalibus. Uti & Ælianus, cujus XVI libri sunt de Animalium natura. His adde Oppianum & Nicandrum. Imò & multa apud Athenæum invenies. At scurrile planè est, quod Epicurus Aristotelem ob singularem in hac parte curam, Pharmocopæum appellabat. Nec Proclus audiendus, cum commentariis in Timæum, Platonem audeat Aristoteli præferre in hoc de animalibus argumento. Ait Platonem exponere omnes causas finales & efficientes: Aristotelem verò contentum esse judicare formam, quandoque & materiam solam. Nam efficientem causam clare exponit Aristoteles libro de Ortu animalium: materiam verò & finem partium singularum enarrat libris de Partibus & progressu animalium: Multa etiam de animalibus scripserat Theophrastus, pluraque fortasse Eudemus. Eorum testimonio usi Galenus, Pollux, Apulejus, Rufus Ephesus, atque alii. Libellò de longitudine ac brevitate vitæ plurimum lucis adferet similis Theophrasti dissertatio, in libris de causis Plantarum.

§.31. *Cum Aristotele de Animalibus jungatur Ælianus de Ani-*

de Animalibus & Geoponica Constantino dicata, item Vegetius alisque Mulomedicina scriptores antiqui, Nicandri Theriaca & Alexipharmaca, Oppiani Cynegetica & Halieutica, Philes de proprietatibus animalium.

Atque hi exstant. Præter quos & alii, qui periere, de animalibus scripserant olim. Uti Alexander Myndius, teste Athenæo, ac meminit ejus quoque Plutarchus in vitâ Marii: de pavonibus Antiphon, teste Athenæo: Antipater de Animalibus laudatur Plutarcho: Aristophanes Byzantius de Naturâ animalium, apud Hieroclem de Re veterinariâ: Cæclus Argivus de Piscibus carmine ab Athenæo memoratur: eidem Epænetus, atque item Numenius Heracleotes de Piscibus: eidem Halieutica Pancratiî Arcadis: eidem Halieutica Posidonii Corinthii: eidem Seleuci Emiseni Piscatoria: eidem Sostratus de Animalibus: uti & de Equis domandis, qui liber olim in bibliotheca Eparchi Compei existitisse dicitur: Strato Lampfacenus physicus de Animalibus, teste Laërtio: Timotheus Gazæus, qui carmine heroico de Quadrupedum & avium naturâ scripsit; ut est apud Suidam: ac plures alii, quos longum sit referre.

§. 32. *E junioribus maximè laudabilis opera Gesneri, quem secutus Aldrovandus. De Piscibus egregia est industria Rondeletii, nec aspernanda Bellonii.*

Nisi auctor ejus operis Gyllius. De Alberto M. & aliis taceo: quia quicquid in iis boni est, Gesnerus & alii suas in cumeras converterunt.

§. 33. *Historiam de animalibus sequuntur libri de Partibus animalium. Eos sequuntur libri de Ingressu animalium.*

De quibus Aristoteles auctor extremo libro IV. de Partibus. Nec ratio est obscura, quia libri de Partibus & ingressu animalium eorum causam adferunt, quæ ad materiam animalium pertinent.

§. 34. *Hæc de materiâ animalium. Proximus est locus libris de Anima. Quæ forma est animalium. Veniendum itaque ad actiones animalium communes, quas explicant libri de Sensu, de Memoria, de Somno, de Insomniis, de Divinatione per Somnum. Etiam hîc locus sit doctrina de Affectibus animi, quam Aristoteles promissit libro de Sensu: sunt enim affectus in appetitu, ac caussa sunt motus animalium.*

Pars hæc de Affectibus hodie in Aristotele desideratur, supplenda ex libro II Rhetoricorum, iis additis, quæ Tullius habet lib. IV Tuscul. Quæst. item Andronicus, non Rhodius ille Peripateticus, Straboni, Galeno, Plutarcho, Ammonio, ac Simplicio memoratus, sed alius, eo junior, cujus hoc de argumento existat libellus Græcè, primum ab Davide Hæschelio editus, ex gemino exemplari, quorum unum à Max. Margunio Cytherorum Episcopo acceperat, alterum ex Hispania ab Andrea Schotto ad Fridericum Sylburgium missum erat. Item augeri doctrina poterit ex illis, quæ de hoc argumento habent Seneca, Galenus & Laërtius in Zenone, & alii. Solum opus, ut sedulo inter Peripatetica, & Stoica, distinguamus; eaque methodo omnia tractemus, qua Aristoteles lib. I. de Anima *αὐτῶν* definiiri jubet.

§. 35. *Doctrinam de Affectibus excipit liber de Motu animalium.*

Ut liquet ex Epilogo libri de Divinatione per Somnum: ac absolvit hic liber ea, quæ docuerat libro de Partibus animalium. Nam agitur hîc de corde, & aliis partibus, quibus motus perficitur.

§. 36. *Hæc de actionibus. Postea legendi libri quinque de Ortu animalium. Fbi caussa eorum explicantur, quæ tribus libris in Historiâ animalium de generatione eorum dicta erant; nempe lib. V. VI. VII. Ac quia ortum sequitur vita, exinde consequuntur hi quinque Parvorum, ut vocantur, naturalium libelli: de longitudine & bre-*

& brevitare vita, de juventute & senectute, de respiratione, de vita & morte, & de sanitate & morbo. Quæ opuscula, tanquam in consensio Physicæ & Medicinæ constituta, non injuriâ ultimum obtinent locum.

Requirat fortasse aliquis etiam hoc loco doctrinam de alimento. Quam Michaël Ephesius collocandam putat ante librum de Sanitate & morbo: idque quia alimento benè concocto, conservatur sanitas; malè concocto, eadem amittitur. Sed hæc doctrina excutitur libris de Ortu Animalium: ad quos Aristoteles ipse lib. 111. 1v. de partibus nos rejicit. Vbi hac de re egisse verba ista ostendunt extrema parte lib. 1v. de Ortu animalium. *Sed de alimento quod intrinsecus sumitur, atque de ortu externo animalium dictum, & separationem de uno quoque in commune, & de omnibus.* Itaque ut Philoponus & Simplicius in lib. 11. de Anima, ubi Aristotelis supputationem de Alimento in alios remittunt libros, illos intelligere jubent, quos de Ortu animalium scripsit. Multum etiam ad eam disciplinam conferet Alexander Aphrodisiensis. Ex medicis quoque excerpere hoc de argumento licebit, quæ ad philosophum magis, quam ad medicum pertinent. Aliquis fortasse etiam desideret doctrinam de sanitate & morbo, quandoquidem tantum ejus libri initium in Aristotele superest. Sed peti reliquum debet ex Theophrasto de causis plantarum: ac imprimis ex veteribus Medicis, & Hippiatricis. Tantum hic quoque à Medicis Physici repetent, quæ à physicis mutuantur medici.

§. 37. *Septima physices pars est de plantis, de quibus nec scribere dubitavit sapientissimus Salomon.*

Nam, ut Scriptura * ait, *egit à Libani cedro ad hyssopum.* Quo significatur singulis de stirpibus tractasse. Quod ad argumenti hujus commendationem non parum facit.

* lib. 3.
Reg. cap.
4. 33.

§. 38. *In hac itidem parte prius discenda Historia plantarum, hinc causæ earundem.*

De plantis duo scripsere Peripatetici, uterq; ex Ereffe, una octo illarum Lesbi insulæ urbium. Si sunt Theophrastus & Phanius.

Sed superest Theophrastus, cujus x habemus libros Historiæ plantarum, nisi malis ad ix revocare. V I verò libris complexus plantarum causas. Ex Phania plurima exscriptit Plinius, lib. xx. & sex sequentibus. Meminit & Athenæus. At duo libri de Plantis, qui sub Aristotelis nomine circumferuntur, & in quos Aben-rois commentarii existere dicuntur, quosque ut genuinos, inter alios Guilandinus de Papyro agnoscit, neutiquam Aristotelis sunt. Nec eorum meminit Alexander initio Meteorologicôn, ubi sermo de iis, quæ in physicis scripsit Aristoteles: commentario verò in librum de sensu & sensili, negat sua tempestate ullos existisse libros Aristotelis de Plantis. Aristoteli tribuuntur libri duo de Plantis ex Arabicis facti Latini, è Latinis à Græculo quodam Græcè redditi. Et sanè verum est, Philosophum duos de Plantis libros scripsisse: quod ex Laërtio scimus. Imò in extremo de Generatione Animalium ejus à se scripti operis meminit. Ac Averroës quoque mentionem facit in *Φυσικῆς ἀκροάσεως* lib. 1. cap. 1. Sed isti, quos scripserat, perierunt. Hi verò ex Arabicis versi genuini non sunt: quod luculentè ostendit Cæsar Scaliger, qui eos libros commentariis illustravit. Existimat verò è Theophrasti libris collectos, atque id factum esse à Maximo Planude.

§. 39. *In hoc argumento supersunt è Græcis Theophrastus, & Pedacius Dioscorides. E Latinis multa Plinius.*

Olim verò & alii multi exstabant. In bibliotheca Sambuci asservabatur Alexander Myndius de temperamento *ἰσπῶν βοτάνων*. Andreæ Medici, qui de Plantis scripsit, præter Plinium, meminere Dioscorides, Galenus, & Scholiastes Nicandri: Callimachus de Trifolio, eidem Scholiastæ nominatus: Chryssippus, Erasistrati discipulus, de Brassica laudatur, Plinio & Laërtio: Cratevas cognomento *ῥιζοτμία* nominatus Hippocrati, Dioscoridi, Galeno, Plinio, ac Nicandri Scholiastæ. Atque ait Joachimus Camerarius, Ioach. F. Norimbergensis medicus, se fragmenta ejus vidisse apud Aloysium Anguillaram; quorum ipse Aloysius meminit opere de Simplicibus Italicè scripto: Damocrates de Iberide herba, celebratur Plinio, ex Galeno: utriusque librum & Dieuches de Brassica. Dionysii *ῥιζοτμία*, Nicandri interpreti

terpreti in Theriacis & in Geoponicis Constantino dicatis: Epæ-
nerus de Oleribus, Nicandri in Theriacis Scholiastæ: Epicurus
Atheniensis de Plantis, auctore Laërtio: Eudemus & Euthy-
demus de Oleribus, teste Athenæo: Mnesitheï historia de radi-
cibus, caulibus, foliis, fructibus, seminibus, Galeno in libro de
Alimentis: Tharsyas Mantinensis de Plantis, apud Theophra-
stum in Historia Plantarum. Ex Latinis de Plantis olim scripsit
Æmilius Macer, teste Ovidio. Sed quid deperditis usque adeò
insistam, cum infinitus sit illorum numerus?

§.40. *Philosophi in scholis, exceptis de Animâ libris, præ-
tereunt reliquam doctrinam de Animalibus, & Plan-
tis; quâ spontè cesserunt Medicis; ut non injuriâ di-
cere possint Medicina candidati, plus se in ipsâ scientiâ
naturali Medicis, quàm Philosophis debere.*

Quapropter castiganda est supina hæc Philosophorum incur-
ria, usque dum perfectam doceant Philosophiam: quod non
erit, nisi à Medicis ea repetant quæ illi non de suo obtinent, sed
de alieno.

§.41. *Præter eos quos diximus Physices speculativa au-
ctores, alii quoque sunt hætenus indisti.*

Ut Theophrasti Simocatæ quæstiones physicæ.

§.42. *Hætenus de Physica speculativa. Ad quam perti-
nent διοσημεία. Sunt ea signa partim ex astris, partim
rebus sublunariis, iisque partim inanibus, partim
animatis.*

Aratus ut Phænomena, sic etiam διοσημεία versu perscripsit.
Multaque διοσημεία habet Maro I. Georg. Διοσημείων pars est A-
strologia illa, quæ considerat, ac docet effectus ex motu, lumi-
ne, & influentiis astrorum. De quâ diximus, cum de Liberali-
bus disciplinis ageremus. Sed ea se intra naturalis scientiæ limi-
tes continere debet: quos si exsiliat, non se exornat, sed conspur-
cat. Eaque in re peccabant, qui Chaldæi dicuntur.

§.43. *Ad anima, & corporis sædus pertinet Physiogno-
mia.*

mia. Cujus fundamentum est, quod & anima à corpore, & corpus ab animo patitur.

Unde fit, ut animi mores sequantur temperamentum corporis, sicut libro integro demonstrat Galenus. Idem docet Aristoteles *Φυσιολογικῶν* initio: *Αἱ Διόνοισι ἔπον' τοῖς σώμασι, καὶ οὐκ εἰσὶν αὐτῶν κατ' ἑαυτὰς, ἀπαθείς ἔσσι τ' ἔσσωματ' κινήσαν· τῶν δ' ὁ δῆλον πᾶν γίνεται ἐν τῷ μέρει καὶ τῷ ἄρρωστῷ· πολὺ δ' ἐξαλλὰ τίεται φαίνονται αἱ Διόνοισι ἐπὶ τῷ σώματ' παθημάτων, καὶ τίναντιον δὴ τοῖς τ' ψυχῆς παθήμασι. τὸ σῶμα συμπαχρον, φανερόν γίνεται. περὶ τε οὐδ' ἔρωτος, καὶ οὐδ' φόβου τε καὶ λύπης, καὶ ταῖς ἡδοναῖς. Anima sequuntur corpora, & ipsa secundum se ipsas non sunt impassibiles à motibus corporis. Id manifestum fit valdè in ebrietatibus, & agritudinibus: multum namque anima mutata videntur à passionibus corporis. Et è contrario quod corpus compatitur passionibus anime. manifestum circa amores, & timores, & tristitias, & delectationes. Idem cap. iv: *Δοκεῖ δὲ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεῖν ἀλλήλοις· καὶ ἡ τ' ψυχῆς ἔξις ἀλλοιωμένη, συναλλοιοῖ τ' ἔσσωματ' μορφήν. πάλιν τὴν ἔσσωματ' μορφήν ἀλλοιωμένη, ἀλλοιοῖ τ' τ' ψυχῆς ἔξιν. ἐπιδὴ γὰρ ἐστὶ ψυχῆς τὸ ἀνιώμεν τε καὶ ἀφροσύνα, καταφανές, ὅτι οἱ ἀνιώμενοι σκυθρωπότεροι εἰσι, καὶ οἱ ἀφροσύμενοι ἰλαροί. Videtur autem mihi anima & corpus compati ad invicem; & anima habitus alteratus, simul alterat corporis formam: & iterum forma corporis alterata, alterat anima habitum. Quando enim anima est tristiari & letari, manifestum est quod tristes obscura faciei sunt, gaudentes autem hilaris. Similiter Cassius Jatrophiita probl. li. quærit, *Διὰ τί οἱ περὶ τὸ μορφοί, καὶ ἀφρονες, quare quibus forma monstruosa, etiam sint insipientes*: respondet autem, ὅτι τοῖς σωμαλικοῖς τὰ ψυχικὰ συμπαθεῖ· ὡς περ τοῖς ψυχικοῖς τὰ σωμαλικά. Quia qua anima sunt patiantur ab illis qua sunt corporis: & qua ad corpus pertinent afficiantur ab illis qua anima sunt.**

S. 44. *Sed ars hæc conjecturalis est, quippe solum dicitur quid plurimum, non quid semper contingat. Et cum rectè de inclinatione pronuntiatur, tamen fit subinde, ut disciplinâ, ac consuetudine, quæ in naturam transit inclinatio animi, quæ temperamentum sequi solet, corrigatur.*

Exem-

Exemplum habemus illustre in Socrate : de quo Zopyri iudicium ex Cicerone notum.

§.45. *In Physiognomia extant Aristoteles , Polemo , Adamantius.*

Zopyrum eâ valuisse Socratis ævo , jam ex Cicerone dictum.

§.46. *Physiognomia etiam pars est Chiromantia.*

Est hæc sententia Coclitis : qui Chiromantiam ad Physiognomoniam se habere censet, ut ramum ad arborem. Et verisimilius hic, quàm Taisnier, qui Astrologiæ partem ait : quia Astrologi quidem planetas considerant, sed Chironomantes lineas planetis respondententes.

§.47. *Nec negamus, rectè ad Physiognomoniam referri, quatenus ex manus constitutione colligit de constitutione universi corporis, & variis animi inclinationibus.*

Deque hac scripsere Galenus, Rasis, Avicenna. Imò agnoscit eam quoque Aristoteles lib. 1 de Historia Animalium cap. xv. * sect. x. problematum XLIX : quibus locis ex brevioribus & longioribus lineis colligit de brevitate ac longitudine vitæ. Nempe, ut videtur, quia ampliores ac profundiores lineæ significant motum validiorem, cum articulatio sit propter motum : validus autem motus requirit majorem calorem, qualis esse nequit nisi à corde valido : cor autem est principium ac fons vitæ.

* sive, ex
Cæsaris
Scaligeri
distinctio-
ne 133.

§.48. *At non est pars Physiognomia, imò nec scientia ; sed vanum quoddam ac superstitiosum divinandi genus : quatenus multorum adeò, quæ natura principis non sunt innixa, scientiam promittit. Vt de hominis itineribus, dignitatibus ac fortunis, casibus atque eventibus.*

Unde ab Antiocho Tyberto cap. 1. definitur scientia qua ex sensilibus manuum signis hominis fortunam, propensiones ejus varias, naturalesque affectiones cognoscere possumus. Quàm latè enim ista extendat, abundè ex ejus Chiromantia elucet. Nec

F

minùs

minùs ex aliorum ejusdem argumenti libris. Vide quæ tradidere ex veteribus, si inscriptioni standum, Hermes, Alchynus, Pharaotes Indus, Helenus, Loxius, Philemon, & alii quidam: ex junioribus Petrus Aponensis, Albertus, Michaël Scotus, Savonarola, Germifonus, Corvus, Petrus de Artha, Taisnierius, Tricassus, de Indagine, cæteri que.

49. *Quomodo autem credere Chiromantis possimus, cum ipsi dividant lineas in naturales, & accidentarias: ac posteriores dicant infinitas, eoque non pertinere ad artem: de prioribus vero (ut sunt vitalis, qua pollicis montem circumdat; naturalis, qua inter pollicem indicemque initium capiens protenditur per manum transversam; item illa epatis, ac mensalis, & quadam alia) ita inter se tradunt pugnancia, ut ab iis incertior abeas, quam veneras.*

Et quid certi dicant? cum tanta sit linearum varietas, ut vix duo in centum millibus conveniant: quemadmodum agnoscit Taisnierius lib. I. de Chirurgia cap. IV.

50. *Ad naturalem divinationem referunt etiam Oneirocriticen. Qua proba, si judicium feratur de eo, quod cum somnio nexum habet naturalem; ut de hominis temperie: Improbata verò, si nexus sit nullus.*

De hac tamen multi olim scripsere: ut Apollodorus Telmisensis, Panyasis Halicarnasseus, Alexander Myndius, Dionysius Rhodius, Hermippus, Philochorus, Geminus Tyrius, pluresque alii. Sed extat ex tam multis Artemidorus Ephesius sive Daldianus, qui Antonini Pii temporibus vixit. Rem si spectes, nihil opere ejus vanius. Sed utilis tamen ejus lectio erit, ob tam multa, quæ admiscet, de ritibus antiquis, & studio humanitatis. Etiam extat Græcè Achmetis Arabis opus de Divinatione, & somniis, juxta disciplinam Indicam Persicam, Ethiopicam. Qui liber falso Apomafaris nomine, Latine primum à Leunclavio editus fuit. Sed ipse postea errorem suum in annalibus Turcicis observavit. Præterea superest Astrampychus, cujus & meminit Suidas.

Suidas. Item Nicephorus, poëta Constantinopolitanus : quorum uterque de hoc argumento jambicis senariis quædam reliquit.

§. 53. *Fundamentum omne hujus artis, si ars dicenda est, positum est in mutuâ affectione, & relatione insonni, ac rei significata. Relatio illa duplex est: quia aliquid vel disjunctum ac nullo cohærens nexu naturali, vel contrâ. Prius est, cum aliquid ex similitudine colligitur, vel ex contrario: Posterius quando unum alteri naturali est nexu junctum. Quomodo bifariam se habebit. Nam vel est nexus naturalis, non tamen essentialis; ut cum unum alterius est causa externa, vel effectus, aut subjectum, vel adjunctum. Etiam nexus est essentialis, ut cum ex toto colligimus de parte, vel contrâ.*

Exempli gr. Pompejus ante pugnam Pharsalicam somnium habet se Veneris Victricis templum multis spoliis exornare. Hæret anxius, quia bifariam poterat intelligi; vel ut ex effectu, ac consequente significetur causa, sive antecedens quid; vel ut ex causa colligatur effectus. Prius fuerit, si μετὰ ληπτικῶς, ex eo, quod Pompejus Veneris Victricis templum exornet, judicetur victoriam fore penea Pompejum, quia post victoriam templa Deorum à victoribus exornari spoliis solent. Posterius sit, si per Venerem intelligatur Veneris propago; ut familia Iulia. Quam si exornaturus sit Pompejus, sequitur Victorem fore Cæsarem. Ideo hæsit Pompejus, cum hoc somniasset; ut refert Plutarchus in ejus vitâ. Dubitabat enim, essetne ὄνειρος θεορηματικός sive speculativus, qui rem ostendit, uti futura: an ἀλληγορικός, qui ostendit διὰ τὴν νιγμάτων: quomodo somnia distinguit Artemidorus lib. IV. cap. 11.

CAP. VI.

DE PHYSICE OPERATIVA,

ac primò de χειρική & φιλολογική.

§. 1. **H**ætenus consideravimus Physicem θεωρητικήν, sive hæc, qua versatur circa naturam sponte agentem, ita ut effectus ejus à solis pendeant causis naturalibus, citra ullum hominis liberè agentis concursum. Sequitur Physice operativa: qua & ipsa contemplatur naturam, sed industriâ humanâ sic subactam; ut ope & adminiculo ejus agat, qua alioqui præstare non posset.

Quemadmodum enim in metallis prima hæc cura est, ut effodiantur è terrâ; proxima, ut ex iis vomer, gladius, vel aliud ali-quid fabricetur: ita primùm scrutamur naturæ viscera, quæ pars est speculativa; deinde naturam quasi imponimus incudi ac effectum producimus, quæ pars est operativa. Ac debent hæ partes duæ se jungi, tum in intentione tractantis, tum in corpore tractatus.

§. 2. Ποιητική verò sive operativa dicitur, quia finis ejus, method sive effectione artificiali supplere aliquem defectum vitæ humanæ.

Manuarias aliqui vocant, quia egeant manuum ministerio: Sed hoc non semper habet locum. Medicina enim non indiget manibus, si in se consideretur; sed egent iis artes famulantes, pharmaceutice, chirurgice, chymice; ut postea dicitur. Illiberales olim à Græcis nuncupatæ, non quia indignæ homine libero, sed quia sic Græcis fuerit existimatum.

§. 3. Est verò artium istiusmodi numerus mirè diffusus, ac propè innumerus. Præcipua verò facile sinunt se his cancellis constringi: quod alia pertineant ad instrumenta symbolica, quibus instruitur animus humanus: alia

alia ad hominis alimoniam sive cibum potumque : alia ad medicinam , sive valetudinem conservandam aut reparandam : alia ad vestitum sive amictum hominis : alia autem ad edificatoriam sive habitationem : alia denique ad oblectationem hominis.

Vulgò septem statuunt artes liberales, ac totidem ex iis quæ manuum operam requirunt. Earum materia his versiculis exprimitur :

Lingua, tropus, ratio, numerus, tonus, angulus, ætra :

Pus, nemus, arma, faber, vulnera, lana, rates.

Priori enim versiculo signantur tum tres artes Logicæ : tum quatuor mathematicæ. Posteriori autem notantur agricultura, venatoria, militaris, fabrilis, chirurgica, lanificium, & nautica. Sed est hæc enumeratio valde imperfecta. Sequar igitur divisionem, quam antea proposui, ac ordini, quem dixi, insistam.

§. 4. Alimoniam qua præstant, vel cibum procurant, vel potum. Cibum habemus, partim è plantis, partim ex animalibus. E plantis cum consequimur beneficio Agricultura.

Græcis est γεωργία: uti ars ejus γεωργική, ministerium γῆς ἐργασία. Hujus artis gnarus γεωργός: minister verò γεωνός, & γῆς ἐργάτης. Uti hæc quidem distinguit Philo libro De eo, quod deterius pótiori insidiari solet. Ubi de Caino ait dici, non illud quidem, γεωργός, agricola erit, sed γῆν ἐργάσασθαι terram colet. Ac discrimen subdit, quia γεωργός μὴ ἄπιστήμους ἐπεργάζεθ'. Verum πολλοὶ τῶν ἰδιωτῶν γεωνοὶ τῶν ἀνδρῶν ἐμπειρίας ἕνεκα τῶν ἀναγκαίων μελιόντες ὑπαγεσίαν. Multi è vulgo terra operarii sine peritia, victus causa tractantes hæc ministeria. Ac similiter idem libro proximo, qui est de Agricultura.

§. 5. Antiquitas Agricultura ex eo cognoscitur, quod Deus dixerit Adamo Genes. 11. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Neque is in otio eduxit liberos: sed primogenitum Cainum, agricultura laboribus exercuit; Abelam, in vita pastorali: ut cognoscere est ex Gen. 111.

Unde Iosephus Antiq. lib. 1. cap. 111. Ποιμενικὴς δὲ ἦν ἡ βίβλος Ἀβὲλ. γῆν τε ἀρετὴν ἐπιτόνησεν πρῶτος ὁ Καὶν. *Pastoriam vitam Abel, agriculturam verò primus excogitavit Cain* Non tamen tam à Caino arbitror repertam, quàm ab Adamo; qui primus utrumque vitæ genus conjunxerit; illud, quo ex terra, & alterum, quo ex pecudibus sustentamur. Et confirmat hanc sententiam, quod Adamo dixerit Deus, in sudore panem comesturum. Ut Agricultura sit divini instituti. Unde Siracides cap. v. 11: Μὴ μισήσῃς θητιπὸν ἔργασίαν καὶ γεωργίαν ἐπὶ ὕψις ἐκλεχθέντων; *Ne oderis opus plenum laboris, & agriculturam conditam ab Altissimo.*

§. 6. *Antiquitatem Agricultura etiam gentiles agnoscunt.*

Varro initio libri 1. de R. R. *Cum artes omnes dicantur in Græciâ intra mille annorum tempora reperta, agri nunquam non fuerunt in terris, quiculi possent. Neque solum antiquior cultura agri, sed etiam melior.*

§. 7. *Si gentiles audimus, Agricultura, vel saltem fruges ferendi Ars, in Italia caput, à Saturno; in Græcia, à Cerere; in Ægypto, ab Osiride.*

Sive à Manero. Nam ὁ Μανέρως τοῖς Αἰγυπτίοις γεωργίας διδάξας, μυστὴρ μυστήτης. *Maneros Ægyptii est agricultura inventor, Musarum discipulus;* ut ait Julius Pollux lib. 6. cap. 6. 1. 9. 1. Ac Herodotus quoque libro 11 narrat, ut Maneros iste idem sit ac Linus. Alia etiam quædam de eo apud illum legere potes. Sed de Osiride vulgatio opinio. Unde & Tibullus lib. 1. El. 6. 1. 1:

*Primus aratra manu sollerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum.*

§. 8. *Sed si Saturnus nomen est hominis, fuerit is Adamus ὁ πρῶτος ἀνθρώπος.*

Multi enim conveniunt. Quis præter illum Cæli & Telluris filius? & nonne hic primus Agricola? Quod non è Scripturis quidem, sed traditione tamen noscere gentes potuerunt. Nec nomen abhorret. Saturnus enim absque dubio est ἡ Ἰαπετὸς i. *latere, occultare.* Potuere autem id nomen indere Adamo, vel quia ali-

quid

quid accepissent de fuga ac latebris ejus post peccatum, de quo nota est à Mose historia: vel ex eo, quia majorum neminem potius præsidem temporis statuere possent, quàm omnium antiquissimum Adamum, qui penè cum ipso tempore cœpisset. Jure autem tempori, vel ejus præsidì, nomen à latendo datum. Tempus enim latet, ut quod videri non possit, & tamen omnia producat. Latere dicitur, quia occultè, tacitèque transit. Unde x. Metamorph.

Labitur occultè, fallis que volatilis ætas.

Producit verò omnia, juxta hoc Aristotelis in quarto *Φυσικῆς ἀκροῦσ.* Ἐν τῷ χρόνῳ πάντα γίνονται, καὶ φθείρεται. *Tempore omnia fiunt, & corrumpuntur.* Quare & frugum causa erit, imò vel maxime hic tempore opus, unde vetus illud apud Theophrastum lib. vi. de historia plantarum, ἐτὸ φέρεται, ἢ ἀγεργ. *annus producit segetem, non ager.* Atque ad hanc longi temporis expectationem pertinet illud Tibulli lib. i. eleg. ult.

----- *Spes nitit agricolæ.*

Et hoc Menandri:

Ὁ τὴν γεργῶν ἡδονὴν ἔχει βίος,
Ταῖς ἐμπόσιον τ' ἀλλὰ καὶ ἐπιθυμίας.
*Inest voluptas rustica vite, in malis
Dum spe futuri percipit folasium.*

Apostolus quoque Jacobus cap. v. imitari nos jubet agricolarum μακροθυμίαν, sive patientiam in expectando terræ fructu.

§. 9. *Nec tamen displicet, ut Saturnus ipsum tempus intelligatur, vel latens natura vis generativa.*

Nomen enim convenit ut jam vidimus, & de re consentiunt Græci ac Latini: quorum illi Κρόνον dici putant, quasi χρόνον: hi, (etiam in iis Cicero) *Saturnum* sic vocari aiunt, quia saturetur annis. Ἐπιμύον non probo, attamen hoc ostendit, per Saturnum eos tempus intellexisse. Indeque orta fabula de Saturno liberos suos devorante, quia paulatim consumantur horæ, dies, menses, anni; quæ partes ac quasi liberi sunt temporis. Verè autem *Saturnus* à ἄτρησ ατρησ id est, latere. Nempe quia est vis latens in natura, per quam omnia oriuntur & occidunt.

§. 10. *Si-*

§. 10. *Similiter Ceres non alia est quam Tellus, sive vis ea Telluris qua fruges producit.*

Favet hic quoque ἔπιμον. Nam, juxta Tullium lib. de Natura Deorum, Ceres dicitur, quasi Gerēs, litera mutata, ut Δημήτηρ, quasi Γῆ μήτηρ, si audimus Diodorum Siculum lib. 1. At Gerēs vel est à gerendis frugibus, ut Tullio placitum: vel, quod longè verisimilius, ab Hebræo. וְגַרְגַרִים geres: quod *spicam viventem* signat Mosi Levit. cap. 11.

§. 11. *Denique per Osiridem vel intelligendus Sol, vel Aqua, sive humor, quorum utroque præter terram, & animam sive aëra, ad frugum proventum est opus.*

Unde de Agricultura sic Varro lib. 1. de R. R. cap. 111. *Ejus principia sunt eadem, qua mundi esse Ennius scribit; aqua, terra, anima & sol.* Osiris sanè Sol fuerit, si ὄσις idem est ac ὁ Σείας, ut Græci vocem trancarint, quasi princeps syllaba illis haut aliud esset quàm articulus, uti apud Græcos. Sanè sol Hesiodo Σείας dicitur, si Proclo credimus. Hoc *Osiridis ἔπιμον* legere est apud Plutarchum lib. de Osiride. Et de re consentit Diodorus Siculus, qui ὄσιαν notare ait πλυόφθαλμον, q. d. *multoculam*, quia terras mariaque multis veluti oculis collustrat. Horum tamen sententiæ obstare illud videtur, quod idem Plutarchus ibidem dicat Ægyptiis Νείλον εἶναι τὸ ὄσιαν. *Nilum esse Osiridem*: neque id Ægyptiorum vulgo, sed, ut ait, πῶς σφωλῆροις ἤερίων, οἱ οὐ μόνον τὸ Νείλον ὄσιαν καλεῖσιν, ἀλλ' ἀπλῶς ἀπασι τῶν ὑδροποιῶν ἀρχὴν καὶ δυνάμιν. *Sapientioribus sacerdotum, qui non tantum Nilum Osirin nominant, sed simpliciter principium, & vim omnem humificam.* Cumque eo, quod humor omnis sit Osiris, convenit, quod eundem esse dicant Διόνυσον, sive liberum patrem, ut idem tradit. Ac Athanasius quoque contra gentes, & Julius Firmicus de err. prof. religionum, testantur aquam divino honore maximè affici ab Ægyptiis. Cur verò Nilum, humoremque omnem tanto in honore habuerint; facile videt, qui cogitat in Ægypto non pluere, eoque ab Nilo omnem regionis pendere fecunditatem. Quamquam ut hoc non esset, ubique loci opus est plantis humore: unde Catulli illud de flore *:

* In Carmine Nuptial.

Quem

Quem mulcent aura, firmat sol, educat imber.

Varronis etiam est libro i de Re rustica cap. r. *Sine aqua omnis arida, ac misera agricultura.* Idemque ubi xii recenset Deos agriculturæ præfides, in his etiam Lympham commemorat. Platonis quoque est in ix de Legg. ὕδωρ πάντων τῶν ἐν ταῖς κηπέαις ἀγεσθῆναι ἔστιν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἀναστρέφεται. *aqua nutriendis hortis maxime confert.* Hæc si placent, per Cererem, Saturnum, & Osiridem non personæ signantur, sed tres res naturales, à quibus productio est frugum & omnium plantarum: nempe terra, humor, & tempus.

§. 12. *Vt ars hæc cum hominibus cœpit, ita nulla est magis necessaria; quippe quæ homini alimenta præbeat, imò & medicamenta.*

Ideoque de Agricultura dicere liceat, quod de agro ait Philemon,

Ὡν ἡ φύσις δέιται τὸ Ἰπμελῶς φέρει
Πυρρὸς, ἔλαιον, αἶνον, ἰχθυὰδας, μέλι.

Possis sic reddere:

*Habemus hinc, queiscunque natura est opus,
Fruges, & oleum, vina, mel, & caricas.*

Recte igitur Varro lib. i. de R. R. cap. 111. Ubi inter cætera; primum non modò est ars, sed etiam necessaria ac magna: eaque est scientia, quæ docet, quæ fini in quoque agro serenda, ac facienda, quæque terra maximò perpetuò reddat fructus. Chrysoſtomus Homil. xv in posterioriorem ad Corinthios: * Ἐστὶ τέχνη γεωργικὴ, ἐστὶν ὑφαντικὴ, οἰκοδομικὴ, αἱ καὶ ἀναγκαῖαι σφῶδρα εἰσὶ καὶ μάλα καὶ συνεχέσθιν ἡμῶν τῶν βίον. αἱ δὲ δὴ ἄλλαι ἀγεσθῆναι τέτων εἰσὶν, ἡ χαλκιδιλικὴ, ἡ τεκτονικὴ, ἡ ποιμαλικὴ. ἀλλὰ καὶ τέτων αὐτῶν τῶν τεχνῶν ἀναγκασιότερα παρῶν ἡ γεωργικὴ, ἡ καὶ περὶ τῶν εἰσῶν ὁ θεὸς τῶν ἀνθρώπων πλάσσει. ἡ ποδομαίων μὲν δὲ ἀνδρῶν καὶ ἰμαλίων διωπατὸν ζῆναι. γεωργικὴς δὲ χωρὶς ἀμύχανον. *Arts est agricultura, ars est textoria, item adificatio. Quæ ipse valde sunt necessaria, maximeque vitam nostram conservant. Aliæ enim artes sunt harum ministra: ut ferraria, fabrilis, & pastoralis. Quin harum quoque artium nulla aequè est necessaria ac agricultura: ut quam primam invexerit Deus, cum hominem finxisset. Siquidem sine calceis ac vestibus vivere licet: at sine agricultura vivi nequit.*

§. 13. *Quare, qui in urbibus vivunt, contemnant agricolas*

G

colas, ut lubet: agricola sine oppidis, non oppida sine agricolis constare possint.

Vitruvius prooemio lib. 11; *Vt uerum infans sine nutritio lacte non potest alii, neque ad uita crescentis gradus perducitur; sic ciuitas sine agris, & earum fructibus in manibus affluensibus, non potest crescere; nec sine abundantia cibi frequentiam habere, populumque sine copia uereri.*

§. 14. *Nec ars haec modo necessaria est, sed omnium est artium mater ac nutritrix.*

Xenophon in Oeconomico: Γεωργικὴν τῶν ἄλλων τεχνῶν μητέρα εἶναι καὶ τροφόν. Quod interpres ejus Tullius sic vertit: *Præclarè & ille dixit, qui perhibuit agriculturam aliarum artium matrem esse, ac nutritricem.*

§. 15. *Agricultura quoque valetudini corporis conducit, tum quia aer purior salubriorque est in agris, quàm in urbibus; tum ob corporis exercitium.*

Imò et si agricolæ non simus, jubet tamen Cornelius Celsus, nunc in urbe, nunc ruri vivere. Quia & ob aëris mutationem hoc conducit, & ob exercitium in eundo ac redeundo.

§. 16. *Etiã purus ille aer ac liber spiritum recreat, ingeniumque acuit.*

Quæ causa est, cur veteres Romani in villas se soleant conferre ad philosophandum. Atque idem solent summi ætatis nostræ viri. Nempe hinc etiam elucet verissimum esse, quod in Catone suo Cicero ait: *Agriculturam vitam proximè ad sapientiam accedere.* Ac similiter Columella libro 1. cap. 1: *Agricultura sine dubitatione proxima est & quasi consanguinea sapientia.*

§. 17. *Sed & uita rustica caret ambitione, nec gloria fumos aut popularem auram captat, atque ab aliis etiam affectibus libera est magis quàm uita illa in urbibus.*

Idcirco, ut Varro ait initio libri de R. R. Qui terram colerent, & utilem agere vitam credebant, atque eos solos reliquias esse ex stirpe Saturni regis. Firmat hoc quoque Plinius lib. 1. epist.

epist. 9. ad Fundanum, ubi de prædio suo Laurentino ait: *Hic nec audio, nec dico quicquam, quod dixisse, vel audiuisse hoc pariter. Nemo est, qui apud alios falsa calumnia me oneret; neminem contra ego reprehendo, neque accuso, nisi me ipsum, quando scilicet in scribendo mihi non satisfacio. Non affligor spe, vel metu ulius rei: neque animum meum perturbans rumores, vel iuga de hoc, vel alio. Pluraque ibidem in hanc mentem: ejusmodi tamen que magis pertineant ad rusticationem viri literati.*

§. 18. *Quam etiam res honesta fuerit Agricultura apud Romanos, ex eo est cognoscere, quod principes Reip. viri essent agricola, atque ab aratro arcesserentur, qui Consules fierent vel Dictatores.*

Auctor Cicero pro Roscio Amerino. Ovidii quoque est lib. I. Fast.

Iura dabas populo, posito modò Prator aratro.

Seneca Epist. LXXXVII de Scipione Africano ait: *In hoc agello ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est, abluet corpus laboribus rusticis fessum. Vide & Plinium lib. XVII. cap. III. ubi inter cætera illud: Ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri, ut fas est credere, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore.*

§. 19. *Imò si quem bonum dixissent colonum, abunde laudari existimabant.*

Cato initio librorum de R. R. & ex eo Plinius lib. XVII. cap. III: *Virum bonum cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum: amplissime laudari existimantes, qui ita laudabatur.*

§. 20. *Nec Agricultura solum utilis & honesta est, sed etiam jucunda.*

Varro libro I. cap. IV: *Hinc profecti agricola quæ duas metas derigere debent: ad utilitatem, & voluptatem. Utilitas querit fructum, voluptas delectationem. Priores partes agit quod utile est, quam quod delectat. Cicero lib. I. de Officiis: Omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil ho-*

mine libero dignius. Et profectò quid iucundius, quàm si oculis nostris cernamus cuncta illa, quæ apud Tullium legimus?

Calum nitescere . arbores frondescere,

Vites latificæ pampinis pubescere,

• *Ramos baccarum ubertate incurvescere,*

Segetes largiri fruges, florere omnia,

*Fontes scaturere, * herbas prata convescivier.*

* lego; &
herbis.

Ut de suavissimo avium concentu, pluribusque aliis, nihil dicam. Quæ fortasse Epicurum moverint, ut in hortis potissimum philosopharetur. Nam hi etsi in urbe, proximè tamen ad voluptatem agrorum accedunt.

§. 21. *Hactenus de antiquitate, & multiplici bono Agriculturae. Videamus de partibus ejus. Agit autem de quatuor rebus: de agro, de instrumentis & suppellectile rusticâ, de iis qua homini agenda, & de tempore quo agenda.*

Palladius lib. i. cap. v: *Agricultura partes sunt quatuor summae: è quibus prima cognitio fundi; solum, partesque ejus quales sunt. Secunda, qua in eo fundo opus sunt, & debeant esse cultura causa. Tertia, qua in eo pradio colendi causa sint facienda. Quarta, quo quidque tempore, in eo fundo fieri conveniat.*

§. 22. *Pertinet ad Agriculturam quoque ἡ φύσις ἢ ἡγεμονία sive ars plantandi herbas, arbores, vites. Siquidem omnia subjacent agricola, quæ terrâ nascuntur.*

Clemens Alexandrinus lib. 7. Στεωμ. Τῆς αὐτῆς ἡ γεωργίας καὶ ἡ φυτεργία, ἐργάζεσθαι ὅσα εἰς αὐτῶν τε τὰ φυτώγια, καὶ εἰς ἄλλα δεῖματα, καὶ τὰ ἀεγία, καὶ ὅλων παντοίων δένδρων φύσιν, καὶ τροφήν. Eiusdem agricultura est quoque plantandi officium, & operandi, quæcumque pertinent ad plantaria, hortos, & pomaria, & omnino ad omni generis arborum naturam, ac nutrimentum.

§. 23. *De Agricultura ex Græcis præter Hesiodi ἐργα, & Arati γεωργικὰ, adæantur Geoponicῶν lib. xx.*

Sive eos collegit Vindanius Anatolius Berytus; quem XI 1 de Agricultura libris collegisse auctor est Photius: sive Dionysius Uticen-

Uticensis, ut videtur velle Brodæus; sive Cassianus Bassus, ad quem Hierocles Mulomedicus scripsit. Sanè de Vindanio verum non puto, quia in illis ipsis Geoponicis inferuntur observationes nunc nomine Vindanii, nunc Anatolii, nunc Beryti: ut inter auctores potius, è quibus collectum id opus, esse videatur. Collecti verò sunt cura Constantini Augusti Leonis Augusti filii, Basilii Macedonis neporis: qui Constantinus *πορφυροῦς Ἰουλιανῶς*, vulgo *πορφυρογενήτης*, sed rectius *πορφυρογενήτης* nuncupatur. Ex viginti illis libris XXI priores sunt de Agriculturæ ratione: octo posteriores de natura, & educatione animalium. Græcè hoc opus primus exhibuit Jo. Alexander Brassicanus: Latine vertit Janus Cornarius: sed posteriores octo longè majori cura transtulit, atque una cum castigationibus suis edidit Andreas à Lacuna Segobienfis. Complures etiam alios qui de Agricultura scripserint, nominat Photius tmémate CLXI I I, ubi de Vindanio Anatolio loquitur.

§. 24. *E Latinis habemus Catonem, Varronem, Columellam, & Palladium.*

Quorum Varro de hoc argumento scripsit anno ætatis octogesimo primo: ut ait Plinius lib. XVI I I. cap. III. Columella etiam in decimo, de hortorum cura eleganti scripsit carmine.

§. 25. *Præter hos & multi olim existere, tum Græci, tum Latini.*

Uti Æschylides, de quo Ælianus libro XVI de animalibus, cap. XXX I I. Antiphon, cujus Georgica citat Athenæus: Cassius Dionysius Uticensis, qui libros XXIX Magonis de R. R. transtulit Græcè; eosque Sextilio prætori misit. At Diophanes Bithynuseos in sex libros contraxit, ac Dejotaro regi dicavit. Meminere Varro, Columella, Plinius. Democritus Abderites de Re rustica, præter Varronem, & Plinium, Theophrasto, & Lærtio nominatur. Athenæo citantur Georgica Dorionis. Ex Latinis Clodius Albinus Imperator Georgica scripsisse dicitur à Julio Capitolino. Mirto alios, quos adducunt Varro, & Columella, initio operis, de R. R. Item Plinius in Historia animalium.

§.26. *Multum verò ad laudem hujus scientia pertinet, quod qui de ea scripserint, saepe fuerunt summi apud Romanos in Rep. viri: ut de Catone, Varrone, Clodio Albino diximus; pluresque alios laudat Plinius. His adde externos reges dutesque.*

De quibus ita Plinius lib. xviii. cap. iiii: *De cultura agri praeipere principale fuit etiam apud externos. Siquidem & Reges fecere, Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus. Et dutes, Xenophon, & Pannus etiam Mago: cui quidem tantum honorem Senatus noster habuit Carthagine capta, ut cum regulis Africa bibliothecas donaret, unius ejus duodeviginti volumina censeret in Latinam linguam transferenda, cum jam M. Cato praecepta condidisset: peritisque lingua Punicam dandum negotium, in quo praecessit omnes vir clarissima familia D. Syllanus. Horum Magonis librorum meminit & M. Tullius lib. i. de Oratore: ubi hoc pacto loquentem inducit Antonium: Num igitur, si cui fundus inspiciendus, aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit, Magonis Carthaginensis sunt libri perdiscendi? an hac communi intelligentia contenti esse possumus?*

C A P. VII.

DE PASTIONE AC VENATIONE.

§. I. **V**idimus de Agricultura, qua è solo praestat alimentum; sequitur Pastio sive res pecuaria, qua alimentum ex animantibus praebet.

Xenophon in Oeconomico, & exinde etiam Stobæus Serm. cccxxii: *Ἡ προβατική τέχνη συνήσται τῇ γεωργίᾳ: pecuaria ars cum agricultura est conjuncta.* De eadem Aristoteles lib. vi. Polit. cap. iv: *Πολλὰ ἐστὶ τῆ γεωργίᾳ ἀπογαλνείως: multa habet agricultura familia.* Aque idem lib. i. cap. viii. appellat eam *ζώσιον γεωργίαν, vitam agriculturam.* Quin primò iidem & agricolæ, & pastores erant: unde Varro lib. iii. de R.R. cap. i. *Agricultura primò indiffereta fuit, quod à pastoribus qui erant orti, in eodem agro & serebant, & pascebant.*

§.2. Sunt-

§.2. *Suntque pastores proxima bonis atia past agricolas.*

Aristoteles lib. vi. Polit. cap. vi: Μετά τῷ γεωργικῶν πληθῶσι βέλῃς δῆμος ἔστιν, ὅπου νομῆς εἰσι, καὶ ζῶσι διὰ βραχυτάτων· secundum eam multitudinem, qua ex agricolis constat, populus ille est optimus, in quo sunt pastores, & qui ea re pecuaria vitam tolerant. In Ægypto etiam post regem proximum locum obtinuit ordo sacerdotum, hinc virorum principum, inde militum, deinde agriculturalum, tum pastorum, ac postremo opificum: ut est apud Diodorum Siculum lib. 1.

§.3. *Antiquitas & honestas vita pastoralis ex eo cognoscitur, quod pius ille Abel fuerit pastor.*

Ut est Genes. cap. 111.

§.4. *Pastio est triplex pro triplici genere animantium. Sunt enim hac vel terrestria, vel aëria, vel aquatilia.*

Unde pastio alia in vivariis, alia in aviariis, alia in piscinis

§.5. *Terrestria animalia vel minora sunt, vel majora. Minora, ut ovis, capra, sus. Majora, ut bos, equus, asinus.*

Adde & mulum. Tertium etiam genus dixeris, canes. Sed & villatica pastio conclusos habet caniculos, capreas, damas, apros.

§.6. *Aëria est pastio qua aves villâ conclusas habet.*

Ut gallinas, columbas, pavones, Ad aëria etiam pertinent apes: unde melle pascimur.

§.7. *Aquatilium est pastio in piscinis,*

Ad aëria & aquatilia pariter pertinent amphibia; ut anates.

§.8. *Pastioni vicina venatio. Qua voce laxius utimur: ut quemadmodum pro triplici animantium genere triplex pastio erat, sic venatio sit triplex.*

Quam rem mox plenius explicabimus.

§.9. *Venatio multum habet prudentia & fortitudinis mili-*

militaris ; eoque huic, inter pacis otia, jure operam dant militia amantes.

Venationis laudes ex Xenophonte notæ, uti & aliis, de quibus Rittershusius ad Oppiani Cynegetica. Qui venationem invenerint, eave excelluerint, carmine exposuit Franciscus Philolphus Satyra Hecatosticha sexta libri sexti.

§.10. *Pythagoras tamen à venatione alienus fuit.*

Ut quem *ἠρεῖται μὴ ἐπιτε ἀλλοτρίων* scripserit Eudoxus in septimo de Terræ ambitu, & ex eo Porphyrius in Pythagoræ vita. Ac idem prodit Jamblichus de vita ejus cap. xxx. Nec admodum præclare de Venatione sentit Sallustius: qui in præmio Catilinariæ conjurationis sic scribit. *Non fuit consilium, agrum colendo, aut venando, servilibus officiis intentum, atatem agere.* Ubi videmus, ut non Agriculturam duntaxat, sed etiam Venationem, servile officium appellet Sallustius. Robertus Titius in locis controversis, pro *venando*, apud Sallustium legit *venundando*. Sed scholiis in Syriada Angelii Bargæi, * scribit, eam conjecturam, non quidem ineptam, at tamen non necessariam: itaque se eam jam rejicere. Mihi verò etiam inepta videtur.

§.11. *Notum quoque ut Clericis Venatione, ac donationibus in venatores, sit interdictum.*

Vide Can. viii. qui de Venatoribus, & v. seqq. dist. lxxxvi. Quando Venatio peccatum inducat, vide apud Cajetanum in Summula,

§.12. *Venatio vel est terrestris, vel aëria, vel aquatica.*

Pro quibus tres artes, *ἠρδολική* five *κυνηλική, ἰξδολική, & αἰλιδολική*. Latini primam generali nomine, Venatoriam vocant, alteram Aucupium, tertiam Piscatoriam

§.13. *Venatio terrestrium ferarum vel est fortis, ut qua canibus fit, & equis; vel imbellis, ut qua retibus fit.*

De Venatione exstat fragmentum Gratii, qui Ovidio æqualis. Ad canes venaticos pertinet Phæmonis, vel incerti scriptoris liber *Ἐὶ κυνῶν Πημελείας, de κυὰ canum*. Eum Witebergæ primus Græcè,

Græcè, versione etiam sua addita, divulgavit Andreas Aurifaber Vratislaviensis: posteaque eundem, una cum Rei accipitrariæ scriptoribus, edidit Lutetiæ Nicolaus Rigaltius. Exstat & carmen elegantissimum Hieronymi Fracastorii, summi poëtæ, quod Alcon, sive de cura canum venaticorum inscribitur.

§. 14. *Æria venatio est, qua fit accipitre.*

Accipiter, qui Aristoteli *πεῖραχης*, & *νεγῆς* & *ἰερίων*. Plinio est *buteo*. Nobis *falco* inter accipitres primas obrinet. Vide quæ nos in Phytica Christiana de usu harum avium.

§. 15. *Venatio ea ignota erat Græcis, ac veteribus Romanis.*

Itaque Aristoteles, quod vulgò ferebatur, Thracum pueros, societate cum accipitribus inita, solitos aucupari, id portentosum censet atque incredibile: etsi similia Ctesias de aquilis Indicis prodidisset. Objiciat aliquis, quæ de circaneis avibus referunt Grammatici veteres: item quod apud Martialem de accipitre, aucupum famulo. Verùm ista sunt: *ἔδληα*, ut illa Oppiani & Nemesiani *ἀνίδοτε*: ad rem verò accipitrariam minimè pertinent.

§. 16. *Accipitraria hac venatio circa Constantini, & Theodosii tempora cœpit inter Romanos.*

Primi quidem Julius Firmicus, & Sidonius Apollinaris, falconum, alturum, & accipitrum prælia memorant. Itaque his temporibus protohieracarius esse cœpit, sub quo alii in Curopalæ matricula notabantur. Mox etiam ars ea libris consignata.

§. 17. *Antiquissimus hujus artis scriptor est Demetrius Constantiopolitanus.*

Ejus de re accipitraria opus inscribitur *Δημητρίου Κωνσταντινουπολίτου περὶ τῆς ἰερίων ἀνατροφῆς τε καὶ ὀπιμελείας*: sive, ut in aliis est libris, *καὶ ἰερίων*. Vertit Latine Petrus Gillius, vir utriusque linguæ, & naturalis historiæ scientissimus. Qui & alterum transtulit ejus argumenti opus, sed recentioris scriptoris, & duxioris styli: quod *ἀπλῶς* inscribitur, *ὄρνεοσώφιον ἀχορικήτερον*, ut

H

incerti

incerti videatur auctoris. Imò & prius opus in Mediceo codice simpliciter inscribitur, Βιβλίον ἰσχυροσφικόν. Utrumque Lutetiae ex Medicea prodiit biblio. hec, cura Nicolai Rigaltii. Atque addidit quoque excerpta ex libro incerti scriptoris de Natura rerum, in quibus agitur de diversis generibus falconum, sive accipitrum, eorumque morbis ac medicina. E junioribus tres libros de Re accipitraria elegantissimo carmine scripsit Jacobus Augustus Thuanus.

§. 18. *Aucupium, quo aves illecta superfusis retibus includuntur, aut virgis viscatis detinentur, vile est, & inglorium.*

Itaque & Platonis legibus prohibetur, ut sordidum & illiberalis otii negotium. Leo philosophus imperator, Basilii Macedoniae filius, qui coepit imperare anno MCCCCLXXXVI, librum de Aucupio reliquit: qui M S. fuit in bibliotheca Ant. Augustini num. CCXXVIII.

§. 19. *Superest venatio piscatoria.*

De qua superiunt *ἰσχυροσφικόν* Oppiani. Sed antea multi de ea alii scripsere: in his Leonides Byzantius Metrodori Byzantii, viri piscatoriae rei intelligentissimi filius; quem & ipsum de re piscatoria scripsisse auctor est Aelianus lib. XVI. de Animalibus cap. ult. Meminit & ejus lib. X. ejusdem operis cap. XLII. item lib. II. cap. VI. ubi historiolum adfert de delphino & puero. item libri ejusdem cap. I. ubi quiddam narrat de interitu miseris hominis, qui pastinacam piscem esset suffuratus. Quod ex eodem Leonide memorat Michael Apollolius Cent. XXI. Prov. LXI. Etiam Tzetzes Chil. IV. Hist. CXXVI. quatuor istos conjungit, Aelianum, Oppianum, Leonidem, & Timotheum Gazæum, quos Animalium ait historiam scripsisse.

§. 20. *Haftenus de Agricultura, Pastione, & Venatione, quae alimoniam praebent, sed preparandam. Quod fit a molitoria, pistoria, laniatoria, arteque culinaria.*

De quibus non est animus dicere. Uti neque de *ὀνομαστικῆς* & *ζωοτικῆς*, quae pocum preparant.

CAP.

C A P. VIII.

D E M E D I C I N A.

§. 1. **A** B artibus, quæ alimoniam præbent, venio ad Medicinam, filiarum Philosophiæ consemplatricis facile principem.

Quamquam Tertullianus lib. de Anima non filiam, ut nos, vocet; sed sororem Philosophiæ. Nempe strictius est usus Philosophiæ vocabulo, quàm à nobis factum.

§. 2. *Est verò Medicina ars humana sanitatis effectrix.*

Artem dico, non scientiam, quia finis ejus est *κατάθεσις*. Atque idcirco Avicenna, in principio operis sui de hac arte, vocat scientiam practicam. Dico *humana sanitatis*, ut distinguam à Medicina veterinaria, ac Mulomedicina. Ac ob nobilitatem hanc subjecti tertium sibi locum vindicat Medicina. Dico *effectrix sanitatis*, quia non solum efficit sanitatem, qui absentem revocat, sed etiam qui præsentem conservat. Quippe conservare etiam est efficere. Quamquam fortasè nec sic finis Medicinæ integrè asseratur. Triplex enim est ejus finis, conservare sanitatem, morbos curare, & vitam producere. Quod tertium, etsi vulgò aliter sentiant, omnino à prioribus est diversum.

§. 3. *Etsi autem Medicina finis sit κατάθεσις, vulgò tamen Medicina dividitur in Θεωρητικὴν, καὶ ἰατρικὴν, idque quia quadam remotiora sint à praxi.*

Quippe Θεωρητικὴν solum facit, ut sciamus, quid secundam, quid adversam faciat valetudinem. Πρακτικὴν autem artem docet tum conservandi secundam, tum restituendi amissam.

§. 4. Θεωρητικὴν propriè est Physici; sed è philosophorum scholis medicina candidato repetitur: estque bipartita. Partim enim agit de natura corporis humani, partim de morbis. Prior pars dividitur in eam, quæ est de

principiis corporis humani; & illam de partium corporis structura, actionibus, & usu.

Illam de principiis generali nomine appellant Φυσικήν, atque agit de septem illis, ut vocant, naturalibus; nempe elementis, temperamento, partibus, humoribus, spiritibus cum calido innato, facultatibus, ac functionibus: inque horum explicatione multum laudis è junioribus promeruit Fernelius. Alteram dicimus ανατομικήν: in qua egregia eluxit opera Vesalii, Columbi, Laurentii, Spigellii, Bartholini.

§. 5. *Posterior pars theoretica, vocatur Παθολογική, estque de rebus contra naturam. Disperscitur ea in tres partes: una etiā morborum ac differentias tradit; altera causas eorundem; tertia accidentia ac signa.*

Prima generatim dicitur νοσολογική, altera proprie αιπολογική, tertia συμπτωματακή ηγη σημειωτική. Quod ad mediam: omnes morborum causæ videntur reduci posse ad duas; solutionem continui, & humorum intemperiem. Estque intemperies à cruditate, quæ vaporibus crassis inflat, inque capite condensata catarthum sive destillationem gignit; in membris aliis obstructionem, unde putredo & inflammatio. Σημειωτική vel demonstrat signum rei præsentis, ut Διγνωστική; vel prænunciat signum rei futuræ, ut προγνωστική; vel indicat præteritum corporis statum, ut αναμνηστική. Προγνωστική vel Medica est, ab Hippocrate tradita; vel Mathematica, è cælo ac sideribus vitam aut mortem præfagit. Sed hæc difficilis & incerta, imò majorem partem vana. Particulatim verò signa capiuntur vel è pulsu, de quo optime Galenus; vel excrementis, ut sunt merda, urina, sudor, sputum, vomitus; vel è somniis ab interna causa profectis, in quæ & ab Hippocrate inquiri solet. Referuntur verò somnia ad signa status præsentis, ut ad Διγνωστικῶν pertineant. Atque hæc de Medicina Θεωρητική: quæ potius est εἰσαγωγική, & manu ductio ad Medicinam, quàm ejus pars.

§. 6. *Sequitur Medicina πειρατική; quæ in operatione consistit, ac propriè Medicina nomen possidet: ac partim medi-*

medicamento, partim alimento efficit sanitatem. Est hac partim ὑγιεινὴ sive ὡς Φυλακτικὴ, vel Ἀσθενητικὴ, h. e. sanitatis conservatrix: partim Θεραπευτικὴ, cujus beneficio sanitas recuperatur. Ac posterior hac diu sola fuit: cui postea Ἀσθενητικὴ accessit.

Nempe necessitas morbi præsentis fecit, ut prius de morbo pellendo, quàm de conservanda valetudine cogitaretur. Itaque & de Θεραπευτικῆς prius agemus.

§. 7. Partes Θεραπευτικῆς sunt hæ tres, Διαγνωτικὴ, quæ videtur præscribit agro: Φαρμακευτικὴ, quæ morbum curat medicamentis idoneis, sive simplicibus, sive quandoque etiam compositis: χειρουργικὴ, quæ urendi, secandi, ac cæterorum, quæ manu peraguntur, rationem docet. Ac antiquitus quidem Medici ipsi tum medicamenta præparabant; tum manuum vulneribus, & similibus admovebant. Postea hæc per alios procurata, quia Medici opera non sufficeret tam variis ac multis. Solum igitur Medicus sibi reservavit hoc, quod & pharmacopais & chirurgis præscriberet, quid ad medendum agro opus foret.

Nec sanè Medicorum nomen merentur Φαρμακευτικῆς ac χειρουργικῆς ignari. Nam quomodo aliis præscribant, quod nesciunt? Talibus scilicet committamus vitam nostram. Sed de Φαρμακευτικῆς, ac χειρουργικῆς inferius dicemus pluribus. Ubi eas considerabimus, non ut partes scientiæ medicæ; verum ut ministræ sunt medicinæ. De Θεραπευτικῆς satis.

§. 8. Διασωτικὴ dividitur in partes tres, ὡς Φυλακτικῶς, quæ morbos imminentes & futuros arceat; συντηρητικῶς, quæ præsentem conservat sanitatem; ac ἀναληπτικῶς, à quâ reficiuntur valetudinarii. In quadruplici verd præsidio hæc tria consistunt. Primum præstant τὰ ὡς ὀφειζόμενα, sive cibus potusque, quem assumimus; τὰ κε-

ύμνα, sive quæ evacuant, quo pertinent excrementa; τὴν ἰσχυρὴν τροφὴν, ut aër, mare, oleum, & similia; τὰ ποίμνα, sive agenda, cujusmodi sunt exercitatio, studia, Venus, somnus, affectus, lotio, & id genus alia. Unde liquet ad quartum hoc genus pertinere γυμνασίω sive exercitatoriam.

De quâ pro instituto satis dictum libro de quatuor popularibus Græciæ scientiis, Grammaticâ, Gymnasticâ, Musicâ, & Picturâ,

§. 9. *Vidimus de Medicina partitione. Addam de divisione Medicorum. Horum tria veteres faciunt genera: ut alii sint Dogmatici, alii Empirici, alii Methodici. Dogmatici duplici sunt tibiçine subnixi, ratione in universalibus, & experienciâ in singularibus. Itaque tum evidentes, tum abditas causas considerant, ac præterea partes affectus & earum signa. Empirici solum nituntur experienciâ, & analogiâ ad salubria eligenda, insalubria fugienda. Methodici, neglectâ experienciâ, sufficere ad morbi curationem putant communia, ac generalia, sensuique manifesta indicia; cum ea quidem debeant attendi, sed ab his ad speciales ac proprias indicationes debeat deveniri.*

Ex his maximè in scholis regnat secta dogmatica, quæ non solum nititur observationibus particularibus, vel præceptis inde extructis, ut Empirica; nec sic rationi insistit, ut contenta sit theorematis paucis, iisque methodo imperfectâ tractatis, sicut Methodica; sed subnixa est theorematis, & explicationibus multis, methodo plenâ expõsitis, multarumque rerum cognitione, & usu.

§. 10. *Apud recentiores verò & altera est Medicorum diviso, eaque itidem tripartita. Sunt enim Medici Astrologici, sunt Magi, sunt Chymici. Ex his Astrologici dicuntur, qui non solum universalia in astris attendunt;*

tendunt ; sed etiam , penetralia artis ingressi , particularia exquisitè considerant.

Ut qui de corpore nostro & materiæ medicæ conditione ex particulari siderum constitutione præcipuè judicant, & actiones suas maximè secundum eam dirigunt, cætera verò absque isto parvi faciunt. Video acriter decertari, sine Astrologia Medico necessaria. Sed Hippocrates libro de Aëre, aquis, & locis considerare jubet medicum astrorum ortus & occasus: infirmis periculosa ait æquinoctia, magis auctumnale: jubet quoque considerare ortus & occasus siderum, præcipuè canis, deinde arcturi & Plejadum occasum, quia his maximè diebus morbi judicantur. Similia habet lib. 1. de Diætâ. item lib. de Humoribus. item lib. 1 v. de Morbis. Idem Aphorismo 1 lib. 1 1 1. docet, ut mutationes temporum maximè pariant morbos. Quare non dubium, quin Medico perutilis Astrologiæ notitia, quò crises secundum astrorum rationem in morbis observet. Quod & Galeni judicium est libro de Spermate. Displicet hæc sententia pluribus: ex his Francisco Rapardo, Brugenfi Medico, qui Flagellum Prognosticorum scripsit penè ante seculum. Ei Petrus Haschardus Insulanus, Medicus Chirurgus, respondit libro, quem inscripsit Clypeum Astrologicum. Extendit verò hanc observationem siderum etiam ad tonsuræ tempus: ac memorat, quomodo Brugenfium magistratus decreto sanxerit, ut tonsores omnes sese componerent juxta Almanach Petri Bruhezii. Hoc edictum referat Rapardus. At Haschardus rectè factum ait, atque addit: *Vitam & in aliis id omnibus civitatibus observaretur.* Nostra hæc sententia est, Medici nomen non mereri qui Astrologiæ penitus sit ignarus; sed nihil requiri, ut attendat quæ tradunt de distributâ inter XII signa potestate in singula hominis membra, deque aspectu trigono, tetragono, & similibus. Sed de hoc iterum dicam in doctrina de Astrologiâ.

§. II. Et si verò Medicina non sit pars Mathesios, est tamen in eâ non exiguus usus Mathesios.

Ut cum de temporibus & locis tractat. Ubi medicus τὸ ὄν tradit; τὸ δὲ ὄν verò ex Mathesi desumit. Ita quoque ut Aristoteles

teles ait lib. i. Poster. Analyt. cap. x, medicus scit vulnera rotunda tardius curari: sed ex Geometriâ petitur caussa. Ea est, quod in rotunda figura non sint anguli, ac propterea istiusmodi vulnus tardius coëat.

§. 12. *Medici Magi sunt triplices. Quidam toti sunt in occultis natura proprietatibus indagandis, & earum operationibus promovendis. Alii verbis, characteribus, & ceremoniis medendi efficaciam tribuunt. Alii se ajunt spiritus cujusdam commercio uti, ex quo omnem medendi rationem intelligant. Primum Magia genus nuncitur naturâ, qua Deum habet auctorem. Atque hoc pertinent quoque quædam εἰσπία, sive εἰσμάματα, vel ὑποτρῶπαια, Latinis ab amolendo amolcta.*

Temerè nimis Remigius Lotharingus lib. i i i dæmonolatr. cap. i i i universa damnat εἰσπία, cum quædam ob εἰσπίασιν vel εἰσπίασιν profint occulta proprietate: unde Dioscoridi vocantur ἀναπολίγητα, hoc est, ejusmodi ut rationem eorum reddere nequeamus. Scio quosdam pro diabolicis habere, quorum rationem perspicere non possunt: sed num eò referent, quòd magnes, nisi allio illius sit, trahit ferrum; quod patinæ aquâ plenæ impositus, utcumque millies patinam verses, quiescens semper frontem versus polum Arcticum vertit? Et quàm alia multa sunt id genus! Quare negari non debet, aliqua occultam habere facultatem, quâ de collo pendentia, ubi incaluerint à corpore nostro, profluvia quædam, nobis nescientibus, effundant, cutique nostræ, vel ori etiam, ac naribus infundant, eoque pacto morbis variis profint.

§. 13. *Alterum Magia genus, quod medetur per incantationes, ac magicos susurros, Medicina nomine est indignum: etsi antiquissimum sit, & Homeri jam ætate, imò, secundum eum, temporibus obtinuerit Trojanis.*

De quo vide Etymologicum Magnum in Επαιδῆ.

Mirum verò etiam veteres Romanos hoc usos magiæ genere. Ita M. Cato de Re Rust. cap. clx docet, quomodo excantare possimus

simus luxationem aut fracturam membri: Sequar editionem Rob. Stephani, à Victorio castigatam: sed miscebo lectionem Aldinam: *Incipe cantare in alio, S. F. motas veta (Aldus, danata) daries dardaries aflataries diffunapiter (Ald. dic unà pariter) usque dum coeant. Et paulo post: Vel hoc modo; huat hanat huat (Ald. haut haut baut.) ista pista fista domiabo (Ald. damiabo) damnastra. Et mox: Vel hoc modo: Huat haut baut ista fis (Ald. istagis) tarsis ardannabon dunnaustra. Ubi Ald. damaustra. Hinc Plinius lib. xxviii. cap. ii: Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari. M. Varro. pedagys. Ac aliquanto post: M. Servilius Nonianus princeps civitatis non pridem in metu lippitudinis, priusquam eam nominaret, aliusve ei pradiceret, duabus literis Græcis, P, A (ita & in MS. reperio, ubi in Parmensi veteri literæ præteritæ) chartam inscriptam, circumligatam limo subnectebat collo. Similis est quartanæ sanatio per ABRACADABRA chartæ inscriptum, & collo appensum: ut est apud Q. Serenum Samonicum. Planè autem assentio B. Chrysostomo, qui docet, ut hujusmodi amoleta præstarent, quod promittunt, satius nihilominus fore, ut morbo obeamus, quàm sic recuperemus sanitatem. Adi & Fr. Vallesium de Sacrà philosophiâ cap. iiii. ubi disputat adversus eos, qui vim tribuunt verbis, & incantationibus.*

§. 14. *Tertium Medicina magica genus, quod commercio cum Spiritibus fieri dicebamus, planè nefarium est.*

Scio, multos dividere. Magiam in *θερμια*, quam albam vocant, & *ψυρτια*, quam nigram nuncupant; ac velle eos, priorem esse licitam, quia commercio bonorum spirituum fiat. Quomodo & Palingenius lib. Zodiaci vix ait aëra esse bonis spiritibus refertum, atque eos esse *θερμια* auctores. Sed enim melius Arnobius adversus Gentes; *Magi non tantum sciunt demones, sed etiam quicquid miraculi edunt, per demones faciunt: illis adspirantibus, & infundentibus prestigias edunt, vel qua non sunt videri, vel qua sunt, non videri.* Et sanè in hoc consentit omnis sanctorum Patrum chorus; quibus potius accedendum, quàm Plotino, Jamblichio, & Platoniorum aliis.

§. 15. *Chymista, sive medici πυροπυοι, primas in Medicinâ*

cinâ tribuunt arti Chymica, principia ex ejus artis documentis sumunt, ac materiem non usitato pharmacopliis modo, sed novâ ratione, juxta Chymicam artem, præparant & administrant.

Ac alii quidem universam Medicinam constituunt in præparatione & administratione medicamenti, universam hominis naturam juvantis, eoque ad omnem morbum, ac molestiam depellendam efficacis, quod *lapidem philosophicum* appellant. Alii non universale remedium agnoscunt, sed solùm universalem doctrinam, quæ morbis universis, sed variis modis medeatur. Ut pro morbi varietate, alia atque alia materies, aliter atque aliter debeat præparari. Inque modo hoc præparandi, alii varios habent duces, quorum magna pars in opere eo, quod *Turba philosophorum* inscribitur: alii aliquem sequuntur, puta Raimundum Lullum, vel Theophrastum Paracelsum, vel similem.

§. 15. Ut verò quadam tum Astrologia, tum Magia, utilis est Medico, quadam noxia: ita quadam etiam Chymia Medico est necessaria, quadam inutilis. Quare ut Medicina, ejusque partium constitutio, melius intelligatur; deinceps de Chymiâ pluribus dicam.

Cumque ea consideretur bifariam, prout est pars Medicinæ, ac prout famula ejusdem; hoc loco ejus rationem habebimus, utraque ratione; ne ubi deventum erit ad artes Medicinæ famulantes, in quibus est Pharmaceutice, ejusque pars aut famula, Chymistice; necesse habeamus secundo de eâ agere, ac magnâ parte vetera reponere.

C A P. IX.

D E C H E M I A.

§. I. **A**Rs hæc χημία, χημεία, & χυμεία vocatur, & Arabico articulo præmissa, Alchymia.

Χημία est apud Photium ex Zosimo Panopolita. Χημεία apud Suidam. Est utrumque à χημ quod est fundo. Χυμεία verò, ut χυμός,

χυμῶς, à πύθματα, eliso E. Hinc præmissio Arabum articulo AL, Alchymia. Non quasi ἀλός χυμῶς, quia ἡ ἰατρομαθητικὴν omnibus ex rebus extrahat; quod meritò videt Casaubonus in Aethnæum lib. XI. cap VI II. Articulus verò AL præmissus, ut iidem Chymici ab ἄμβλιξ fecere *alembix*, & Μερίστην βίβλον Ptolemæi vocant *Almagestum*. Et fortasse à *manacus* quod à μῆνα sive μήνη, similiter factum *Almanach*. De quo tamen alii dissentiunt. Certè H. Stephanus in Expostulatione de falso suspecta Latinitate opinatur hanc vocem originem cœpisse, ex consuetudine Germanorum, qui aliquid quo res accidit præmittere solent: hunc ferè in modum, als man nach der geburt Jesu Christi vnsers Seltschmachers gezeble hat 1550, vel 1570, aut quocunque alio anno quodcunque contigerit. Nos verò hæc in medio relinquimus.

S. 2. *Ex eo autem, quod nomen sit ἰσὸν ἔχον, hoc est fundere, colligimus initium cœpisse artem à μετὰδουρίῳ.*

Unde & Suidæ χημεία definitur ἡ ἔργον καὶ χρυσὸ κατὰ οὐδὴ· *argenti & auri preparatio*. Sed postea extensa significatio: unde generatim à Chymicis definitur.

S. 3. *Χημεία est ars bene laborandi, (ut Artis vocabulo utar) h.e. corpora heterogenea dissolvendi, homogenea conjungendi.*

Vel, si hoc clarius est, essentias puras ex corporibus mistis extrahendi, & pura puris conjungendi; quæ duo sunt propria hujus artis officia.

S. 4. *Utilitas Chymia longè maxima est. Primum ad cognoscendam rerum naturam. Vi in quâ non fallaci quid ratiuncula nobis adstruatur, sed obvio sensibus experimento veritas comprobetur. Deinde ad melius morbos sanandos, quosdam etiam citra hanc artem insanamiles.*

Quid mirum? quando per ἐκκρίσεις sive excretiones chymicas ex plantis, animalibus, metallis, unumquodque à sordibus purgatur, puriorque pars ad medendum assumitur. Utinam modò

modò non tam multi, qui pro Chymicis se venditant, indocti essent impostores. Utinam quoque in plerisque eorum, qui hanc scientiam scriptis tradidere, non tam multa se bonis permitta offerrent, quæ superstitiosa esse negare non possumus. Quæ de re pluribus postea dicitur. Sed hominum quorundam culpa non debet præjudicare nobilissimæ destillandi scientiæ, & secretioni metallorum, aliarumque rerum: quam qui nescit, magnam & perutilem Medicinæ partem ignorat. Imò si Petrum Andream & Matthiolum Senensem audimus, sinè eâ non modò non absolutus Medicus, sed ne mediocris quidem esse possit. Vide eum libro quarto epistolarum ultima, quæ est ad Andream de Blauwen *ιατροχυμικόν*.

§. 5. Transit Alchymia disciplina ad nos ab Arabibus, sive Mauris Hispaniam occupantibus.

Quos ante annos quingentos bonam huic disciplinæ operam navasse argumento est, quod tam multa Chymica afferant Avicenna, Bulcasis, Rhafis, Joan. Mesue, aliique.

*§. 6. Mauros verò ab Ægyptiis accepisse autumant, quando Suidas *, uti & Orosius, Paulus Diaconus, scribunt, Diocletianum Cæsarem, captâ Alexandriâ, libros omnes summo studio undique acquisivisse, eosque combussisse, ut occasionem Ægyptiis præriperet hac arte opulescendi, armaque adversus Romanos capiendi.*

* in *χρ.*
μια.

* lib. 3. in
decretis
Luna in
nona do-
mo.

* pag. 243
in Græcâ
contentâ.

Quò etiam facit, quod Julius Firmicus *, qui Mathefin suam nuncupat Ægyptiam, tradit; Lunam in nono ab horoscopo loco in nocturna genitura in domo Saturni hominem ad scientiam Alchymicæ propensum reddere. Ægyptii rursus edocti existimantur ab Hermete, seu Mercurio Trimegisto, quòd ab eo quamplurima in arte Chymica nomen acceperint: quanquam alii putant Hermetem hunc fuisse non Ægyptium illum, sed Arabem Medicum. At Zosimus Panopolites in libro de Chemia, quam *ιμῶδ* vocat, scripsit homines esse hanc artem edoctos ab angelis illis, qui cum mulieribus consuescentes gigantes procrearent. Verba ejus apud Photium habes, & exinde etiam apud Josephum Scaligerum Notis in Eusebium *.

§. 7. Visus

§.7. *Vt ut est, abundè liquet hanc disciplinam non esse inventum nuperum, de quâ tam multi veterum meminerint: quanquam non ignorem multa etiam à multis parùm solida congeri testimonia ad antiquitatem ejus adstruendam.*

Ut, qui Chymisticam aquam significari putant versibus hisce antiquitatem, ut videri possit, redolentibus, inscriptis in urnulis duabus, inventisque juxta Atestam, agri Patavini oppidulum. Ac extimæ quidem urnæ hi inscribebantur versus;

*Plutoni sacrum munus ne attingite fures,
Ignotum est vobis hoc quod in urna latet.
Namque elementa gravi clausis digesta labore
Vase sub hoc modico Maximus Olsbium.
Adsit fecundo custos sibi copia cornu,
Ne pretium tanti deperat laticis.*

Intra urnam eam erat urnula altera: in quâ hæc inscripta:

*Abite hinc pessimi fures.
Vos quid vultis cum vestris oculis emisistis.
Abite hinc vestro cum Mercurio petasato caduceatoque.
Maximus maximo donum Plutoni hoc sacrum facit.*

Atque intra hanc urnulam erat lucerna ardens intra ampullas duas, aurea una, altera argentea, purissimi plenæ liquoris, cujus beneficio creditur lucerna ea annos arsisse permultos: ut referunt in suis Inscriptionibus Petrus Apianus, & Bartholomæus Aman-
tius. Nec abs re fuerit si addamus etiam, quid hæc de se sensit magnus sua ætate vir Hermolaus Barbarus Corollario in Dio-
scoridem, ubi universè de aquis agens sic scribit: *Est & celestis aqua, si ve potius divina chymistarum, quam & Democritus, & Mercurius Tris-
megistus no vere, modò divinam aquam, modò Scythicum laticem appel-
lantes, modò pneuma, hoc est, spiritum ex ætheris natura, & essentia rerum
quintæ: unde aurum poculentum, & jactatus ille, necdum inventus, phi-
losophorum lapis & sabulum constet. Hinc & arti datum nomen, psam-
murgicen, & mystic en, & ammophysiam, & sacram, & maximam vocan-
do: cœn literas quasdam seclusas habeat, & à quibus profanum vulgus ar-
ceri conueniat. Hoc genus laticis, ut arbitror, significat epigramma nu-
perimè in agro Patavino juxta oppidulum Atesta inventum opere laticis*

rio, ac proinde fragili, per imprudentiamque manus rustica, profcindentis ibi terram, corrupto. Cujus memoria ne pereat, verba præteximus. Subjicit deinde Hermolaus versus, quos antea attulimus. Ut verò ingenuè dicam, quid de versibus iis sentiam, ut non omnem iis fidem derogo, ita multum metuo ne fucus factus sit viris eruditis.

S. 8. *Multò minus satis facit mihi commentum illud, quo Suidas, Phavorinus, atque è recentioribus Picus Mirandula, & Lilius Gyraldus Dialogismo octavo, fabulam de vellere aureo (de quâ Orpheus, Pindarus Pyth. Odâ IV. Apollonius, Didymus ad Odyss. B. Valerius Flaccus, alique) ad ἄρουμιαν referunt.*

Omnino assentiendum iis, qui putant causam figmenti poëtis præbuisse, quod regio Colchica fuerit auri, argenti, ferrique venarum abundantissima; qua de re & Strabo lib. I. & XI, ubi de Iberis agit. Et Plinius lib. XXXI II cap. I PI. Eusthatus quoque scribit, Thoanes, qui supra Colchos dicuntur habitare, pellibus lanatis aurum excipere, quod apud ipsos torrentes ferant. Itaque Agricola libro IIX de Re metallica scribit, *Colchos in fontium lacunis pelles animantium collocasse, quas, quia cum multa auri ramenta eis adhasissent, abstulerunt, auratas Colchorum aries confectus est à Poëtis.* Aurum verò illud quod ex fluminum ramentis collectum, ut cursu ipso trituque perpolitum, perfectissimum esse, autor est Plinius lib. XXXI I, cap. IV. Itaque mirum non est, si Argonautis causa extiterit navigationis. Simili imprudentia, ex locis quibusdam improbè intellectis, colligunt hanc artem perspectam fuisse Hippocrati, Aristoreli, (cui neque librum de Perfecto magisterio adscribere eos pudit) & si dis placet, Virgilio.

S. 9. *Nobilem hanc medicina partem, diu sepultam, avorum aetate quasi ab Orco revocavit Theophrastus Paracelsus.*

a lib. I.
epistol. Astronomi-
carum, p.
117.
b p. 193.

Sive Philippus Aureolus Theophrastus Paracelsus Bombastus, scriptor, (ut de eo Nobilissimus Tycho ad Christophorum Rhotmanum a, item ad Wilhelmum Landgravium Hassiæ b) pluribus oppugnatus, quàm intellectus. Natus fuit in pago binis Tiguro millia-

milliaribus distante. Pater juris fuit Licentiatus, Principis, sed illegitimo thoro, filius. Cum primos annos studio literarum dedisset, Medicinæ addiscendæ studio lustravit Germaniam, Italiam, Galliam, & Hispaniam, eaque peregrinatione partim confortio doctissimorum virorum, partim experiendo omnia, multa didicit nova & arcana. Domum redux amplo Basileensium studio invitatus bis de die docuit Physicam & Chirurgicam: sed Germanicè, vel sic ut Latinis Germanica misceret, sive quia diffideret sibi in sermone Romano, sive quod videret lingua patriarum clariùs se mentem suam posse explicare. Magnum interea sibi nomen paravit: sed non sine multorum invidia, sanando morbos multos, qui medicorum aliis haberentur incurabiles. Quid mirum? Sanabat leprosos & elephantiacos, item hydropicos, nodosa laboratna podagra. Absque incisione medebatur cancro & lupo; epilepticos una portione restituebat; ulceribus & vulneribus simplicibus etiam profundis, oleo, portione, vel simplici pulvere triduo, vel breviori etiam spatio succurrebat. Accidit ut gravissimo desperatoque morbo laboraret Canonicus quispiam. Nomen ejus non honoris causa, sed indignatione ob ingratum adedò animum apponam. Dicebatur Joannes à Lichtenfels. Is Paracelso sponte pollicetur florenos centum, si morbo liberetur. Hic ter ei pilulas ladani sive panacæ suæ dedit: quibus sanavit. Sed valetudini restitutus detrectavit pretium solvere. In jus itur. Iudices pronuntiant sufficere, si solitum pretium Canonicus annumeret. Theophrastus, cum iniquissimè secum agi putaret, convitiis multum proscidit prætorem. Hoc indignè capere omnes: unde jam periculum imminabat Theophrasto. Sed ab amicis monitus urbe excessit. Hinc in Alsatia magna gloria vixit: sed sic ut undique à Medicis tanquam homo indoctus ac impostor rideretur. Id concoquere non potuit: ac eo usque seu fastu, seu ira abreptus, ut minimum occipitis capillum plus Academicis Germanicis sapere diceret, imò plus experimentorum cepisse, quam Galenum, & Avicennam. Hoc ingens hominis odium creabat. Accessit, quod in religionis negotio ab aliis abiret. Negabat primos parentes ante lapsum habuisse partes generationi hominis necessarias: postea accessisse, ut strumam gutturi. Aiebat Christum non ex Adamo ortum, sed

fed Abrahamo; cui facta promissio. De Resurrectione etiam mirifica somniabat. Negabat etiam sibi placere rationem, quam primi Ecclesiarum reformatores haecenus iniissent, sanè felicius se fuisse Papam de solio detrusurum. Verùm ista ad artem chymicam nihil pertinent. At hoc magis, quod aliquando probaret remedia magica: quia, uti aiebat, diaboli opera non utimur tunc, nisi ut opera bona mali latronis. Hic qui longævam aliis vitam pollicebatur, obiit annos solum natus XLVI I I : quod ei à plurimis exprobratum: inter cæteros à Medico varia eruditione instructissimo Jo. Goropio Becano: qui sic de eo Becceselenorum

* pag. 212. libro 11, qui Gigantomachia inscribitur *: *Theodorus Paracelsus pollicetur se consecurum, ut medicamentis suis hominem, communi conditione natum, ad plura secula deducat, cum ipse hic, tam vasti hiatus promissor, ad quadragesimum octavum annum non pervenerit.* Subjungit deinde quomodo hoc excusent discipuli, his verbis: *Ajunt (discipuli) Paracelso tantum scientiarum in illa ætate contigisse, ut frustra putaret se longius victurum, cum omnis illa perdis videretur, in qua nihil amplius posset addisci.* Rectè autem addit *: *Adeone omnem humani ingenii cultum absolvas, ut nihil amplius in eo desideraretur?* Quid si præterea dicamus, voluisse Deum in eo fastum retundere humanum. Adhæc poculis (quod verissimum est) magis indulgisse, quàm conduceret longam sibi vitam promittenti. Hæc quia non libenter audiunt ejus discipuli, aliud etiam sunt commeni. Quippe ajunt periisse devorato scobe adamantis. Sed obstat, quòd adamas nihil habet venenati. At inquitur corrodingo viscera noxii sunt. Minimè verò: nam exempla sunt mancipiorum, qui adamantes furtim sublegerint, ac ne depreherentur, vorarint, posteaque excreverint: ut narrat Nicolaus Monardes. Si non arradent integri adamantes, qui tot habeant angulos, quantò minùs id scobi tribuendum? Imò idem Monardes atque ex eo quoque Anselmus Boëthius* refert de muliere, quæ marito dyfenteria laboranti, multis diebus adamantis scobem propinarit citra noxam. Quare verè κρησφύγετς sunt, quæ pro præceptore suo adferunt discipuli Theophrasti.

* lib. 2, de
Lapid. &
gemm.
cap. 4.

§.10. *Chemia partes sunt duæ. Prior agit partim de instrumentis; ut sunt fornaces, ampulla, olla, & omnis supel-*

*supellex Chymica, partim de ignis regimine, siue accom-
modatione caloris, pro rei naturâ ac scopo, partim de
operationibus ipsis, quibus res elaboratur, & affectioni-
bus immutatis secundum substantiam aut qualitatem,
ad præstantiorem gradum evehitur. Altera pars docet,
quomodo operationes singulas, singulis speciebus Chy-
micis accommodari oporteat: ac primò de magisteriis,
inde de extractis, postremò de elixire & clyffo pertra-
ctat.*

Alii ita distribuunt, ut partim dicatur versari circa metalla,
partim circa metallica. Circa metalla volunt duo efficere; nem-
pe tum ea commiscere, ut aliquid ab iis distinctum resultet, cu-
jus exempla suppetunt: tum ea immutare, non quoad essentiam,
(nam generatio naturæ est, non artis) sed quoad qualitates, ut si
color mutetur, si molliora durioraque reddantur. Ad metallica
referunt inaurationem, inargentationem, ut ita loquar. Item
distillationes, suffitus &c. Verùm prior distributio plenior est,
& aptior. Horum omnium quisquis accuratam cognitionem
desiderat, nunquam eam expectet ex Theophrasti, ejusque se-
ctatorum lacunis, qui monstrous vocibus & miris labyrinthis
eam involverunt, multa commentantes quæ non ipsi cognosce-
rent, neque intelligi possunt ab ipsis, ut vocant, doctrinæ filiiis.
Atque id fecere, non ut ingenia exercerent, verùm ut naturæ my-
steria, ignota aliis, intellexisse viderentur, & otio ingeniisque
aliorum abuterentur. Quare qui rem facere volet, Euonymi
thesaurum similiaque candidè & dilucidè scripta sibi comparet,
ac præcipuè legat Andream Libavium, qui hanc disciplinam in
justæ artis præcepta redegit & optimis exemplis illustravit, ut
unus deinceps omnium instar esse possit. Sedulo verò, nisi egeat
helleboro, illorum consilia fugiat, qui ad elixiris inquisitionem,
opes, valerudinem, famam tanto periculo exponunt: atque haut
assis faciet, quæ Mariæ sororis Moïsi, Hermetis, Avicennæ, Al-
chindi, Averrois, Johannis Scoti nomine circumferuntur: item
Gilgildem, Richardum Anglicum, Morienum Romanum, Ro-
sinum, Arnoldum de Villa-nova, aliosque id genus imposto-
res, philosophorum nomen putidè sibi adscribentes.

§. II. *Ad medicinam etiam pertinet Cosmetice: quæ ars non debet reprehendi, si quis rectè utatur. Nam & mariti quandoque levibus uxorum vitiiis offensi amorem ad concubinas, vel etiam meretrices, imò & alienas uxores applicant. Quandoque & homines venditatos inque honore constitutos pudet cum ejusmodi vitiiis in publicum prodire.*

Itaque nec Galenus dubitavit in Arte sua tradere complura, quæ ad artem *κοσμητικὴν* pertinent: ut de iis quæ pulcrum vultui colorem conciliant: quæ maculas, scabritiem, aut rugas tollant: quæ capillis colorem mutant: quæ dentes albos reddant. Quomodo verò *κοσμητικὴ*, quæ honestus quæritur ornatus, differat à Fucatoria, vide apud Galenum de Compositione medicamentorum secundum locos lib. I. cap. 11. Hujusmodi remedia complura vide in Euonymi Philiiatri, sive Conradi Gesneri Thesaurò de remediis secretis*.

* p. 275.
& seqq.

C A P. X.

DE QUATUOR MEDICINÆ FAMULIS,
UNA MAGIRICA, ALTERA CHIRUR-
GORUM, POSTREMA VERO IATRA-
LIPTARUM.

§. I. **A** *Dominâ Medicinâ venio ad ejus ancillas. Quales sunt Μαγικὴ, Χειρουργικὴ, Φαρμακευτικὴ, & Ιατραλιπτικὴ.*

Nam ut operarii architecto inserviunt; ita medico magirus, chirurgus, pharmacopæus, & iatralipres. Atque hoc in caussa est, cur Aristoteles Medicinam architectonicæ nomine dignetur. Nimirum, quia his omnibus imperet ac præscribat Medicus: coquo quidem, qui victus & quo tempore sit exhibendus: chirurgus, quæ vena sit secanda, quantum sanguinis mittendum, ubi cauterium admovendum, & similia: pharmacopæo, cujusmodi remedium sit præparandum, & quo pacto exhibendum: iatraliptæ, quomodo fricandum, & inungendum.

§. 2. An-

§.2. *Antiquissima horum sine dubio est Μαγειρία, sive Coquinaria. Cum enim alii cibi prodessent, obessent alii; primò de hoc cogitatio fuit, quo pacto diætã valetudo conservaretur, vel amissa posset recuperari.*

Et quid pauperibus etiam paratiùs, quàm ex horto aliquid petere, quod utile fore, usus docuisset familiam?

§.3. *Aliqui hanc Clinicem vocant: sed antiquis sic dicitur tota Medicina: quia Medici est agros cubantes ἐν κλίνη * (unde Clinices nomen) invisere ac curare.*

* in lectu-
lo.

Plinius lib xxix, cap. 1: *Clava (Medicina) Trojanis temporibus, quibus fama certior, vulnerum tamen duntaxat remediù. Sequentia ejus nocte densissima latuere usque ad Peloponnesiacum bellum: tunc eam ve vocavit in lucem Hippocrates, genitus in insulã Coo, imprimis clarã ac validã, & Æsculapio dicata. Is cum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei, quid auxiliatum ejet, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse eo iradi: ut, atque (ut Varro apud nos credit) jam templo cremato, instituisse medicinam hanc, qua Clinice vocatur. Ubi satis est apertum, Clinicen dici de Medicina, qualis Hippocratis erat.*

§.4. *Consideramus verò Magiricen hoc loco, non ἀτάκτως quatenus alimoniam præstat; sed quatenus Medicina & valetudini inservit. Imò neque spectamus quatenus Medicus victum præscribit, & Medicina pars est; sed quatenus coquus præparat cibos, quomodo est artis famulantis.*

Uti enim pædotriba est gymnastæ minister, sic Medici coquus; sicut est apud Galenum de Valetudine tuenda. Ac apud Athenæum lib. vii. Δειπνοσοφιστικῶν dicitur, bonum coquum debere esse bonum medicum. Quare nec imperitus addiscendus est coquus, & ubi is hæret, consulatur Medici oraculum, sive in sermone, sive in scriptis.

§.5. *De coquinaria arte & olim Calius Apitius scripsit, & proavorum ætate Baptista sive Bartholomæus Platina.*

De priori diximus libris de Physiologia Christiana. Omnino autem distinguendum in hujusmodi scriptoribus inter ea, quæ solum sint irritamenta gulæ, quæque utilia valetudini tuendæ, vel recipiendæ.

§.6. *Proxima antiquitatis est Chirurgice. Imò belli Trojani temporibus sola Medicina nomine intelligebatur.*

Et fortasse par ratio est temporis Homerici, qui quadringentis circiter annis post captam Trojam vixit. Sanè Iliad. 1. Machaonem & Podalarium medicos appellat. Hi verò non medicamentis, sed manu medebantur. Nec sanè Chirurgicen unquam à Medicina separant Hippocrates, Galenus, Aëtius, Ægineta, Avicenna.

§.7. *Dicitur verò χειρουργική ex eo quod τῆ χειρὶ ἐργάζεται, manu operetur.*

§.8. *Operatio Chirurgi est quintuplex. Vel enim luxata suo restituit loco, vel separata jungit, vel juncta separat, vel demit quod superest, vel addit quod deest.*

Primi generis est, non modò in ossibus luxatis, sed etiam, si procciderit uterus, vel anus. Alterius generis, est in ossibus fractis, item vulneribus; quò pertinet, ut Chirurgus ulcera medicamentis detergeat, carne impleat, cicatrice obducatur. Tertii est, si duo digiti concreverint, si hymen scindi debeat. Quarti est, si digitus, vel pes abscindendus, si calculus eximendus est. Ultimi est, si ex metallo, vel ebore, vel alia materia sive ad usum, sive ad speciem ac venustatem suffici debeat oculus, nasus, dens unus pluresve, imò & brachium aut pes.

§.9. *In his omnibus tria istac curanda Chirurgo; ut curret citò, ut sine dolore, ut tuto.*

Citò dixi, ne culpa chirurgi diutiùs ægro conflictandum sit cùm morbo, quàm res exigit. *Sine dolore* asebam, quia nullum adferre dolorem debet, vel si urere, secare opus sit, videat quomodo id dolore minimo fiat. *Tuto* autem addidi, quia providendum, tum ne, dum uni consulitur parti, in aliud majus incidatur. *malum; tum ne malum facile redeat.*

§.10. *Ex-*

§. 10. *Instrumenta Chirurgi qua sint, explicat Iulius Pollux.*

Quem vide Onomastici lib. iv. cap. xxv. & Isidorum lib. iv. Origin. cap. x. quod est de instrumentis medicis. Sed pleraque sunt corruptissima; quæ emendamus lib. i i i . de vitiis sermonis, & variis Glossematis, cap. x i i i .

§. 11. *Multa ad artem hanc pertinentia tradidere Hippocrates, Galenus, Oribasius.*

Hippocrates quidem lib. de ulceribus, de fistulis, de vulneribus capitibus; quos commentariis suis illustravit Vidus Vidius Florentinus. Item lib. de Fracturis, de Articulis, & de Officinâ medici; in quos ampla supersunt Galeni commentaria. Etiam Galenus egit de fasciis, quibus alligant Chirurgi. Oribasius quoque egit de laqueis & machinamentis, quorum usus est Chirurgis. Barbaro etiam ævo & nostro variorum eluxit opera: è quibus maximè celebratur illa Ambrosii Paré primi chirurgi quatuor regum Galliæ: qui Gallicè reliquit x x v i i i Chirurgiæ libros.

§. 12. *Hactenus de Chirurgice: sequitur de Pharmaceutice, qua medicamentis vel intus adsumtis, vel foris admotis medetur.*

Medicamenta hæc primùm colligenda ex fossilibus, plantis, animalibus: & quò an proba sint, constet, dispiciendum quo sint sapore.

Deinde servanda in apothecis, vasis, pyxidibus suo loco dispositis.

Ad hæc præparanda & corrigenda adustione, combustione, putrefactione, decoctione, destillatione, liquefactione, despumatione, atque aliis.

Præterea miscenda ad ponderis præscriptum.

De Simplicium natura egere varii. In his Dioscorides in Historia plantarum, Galenus libro de Simplicium medicamentorum facultatibus, Avicenna de Simplicibus &c.

De præparatione, correctione, commixtione, Mesuem vide.

§. 13. *Ad Φαρμακωλικὴν sicut supra diximus, pertinet & Alchymia; sive ut pars sive ut ministra.*

Siquidem duo sunt Φαρμακωλικῆς officia, unum in delectu, alterum in præparatione remediorum; ad præparandi modos pertinet non solum coctio, sed etiam destillatio, & quicquid elaborat Chymicus, ut corpori medeatur. De hac nihil nunc dicam, quia de ejus natura ac constitutione satis antea diximus pro instituto.

§. 14. *Superest ιατροαλεπτική, qua unguentis & perfrictionibus medetur corporis morbis.*

De hac sic Plinius lib. XXI. cap. 1: *Prodicum Selymbria natum, discipulum Æsculapii, instituens, quam vocant jatralspicem, reumctoribus quoque Madicorum, ac mediastinis uestigal invenit.*

§. 15. *Atque hac de universa hominum Medicina, ac artibus ei famulantibus, sufficere putavi.*

Quæ ferè brevibus est complexus Politianus in Panepistemonem: *Naturalis autem philosophia quasi alumna Medicina est, quam Theophilus, Græcus auctor, in Theoricen, Practicemque dividit: theoreticæ rursus in natura, causarum, signorumque rationes; hoc est, physiologicon, etiologicon, simioticon. Item physiologicon in elementa, humores, complexus, particulas, potestates, officia. Sic etiologicon in causas prævertentes, prævias, contingentes; quæ præcatartica, progymena, synæctica vocat. Simioticon rursus in præsentium discerniculum, futurorum præsagium, præteritorum memoriam. Practicem denuò salubrium dicit esse, & eorum quæ curam desiderent; alterumque hygiinon, alterum therapeuticon appellat. Quod quoniam in victu, medicamentis, manuque fit; nunc diæteticon, nunc pharmaceuticon, nunc chirurgicum. Quod autem victu curat, id aut senectutem gubernat, & gerocomicon; aut defectos respicit, & analepticon; aut noxam præcavet, & prophylacticum appellatur.*

§. 16. *Huic verò Medicina, quâ homines curantur, vicina est illa mutorum animantium: quam ιππατρικὴν, mulomedicinam, & veterinariam appellant.*

De hac ita Politianus in Panepistemonem: *Medicos autem veterinarii*

rinarii sequuntur, quos Hippocrates Græci vocant, iisdem, quibus Medici, vestigiis ingredientibus: quamvis alii quidam morbi sunt in jumentis. Etenim coriginosi farciminosique sunt equi. Malleo, pulmunculo, exungulatione, cæterisque similibus laborant; quod genus hominem rarenter attingit.

§. 17. *Ex Græcis de ἰατρικῆν scripsere, Apſyrus Hierocles, Tiberius, Eumelus, Theomnestus, Anatolius, atque alii.*

Eos jussu Francisci primi Galliarum Regis Latine reddidit Ioannes Ruëllius Sueffionensis. Septennio autem post Græcè exhibuit Simon Grynæus.

§. 18. *E Latinis Vegetius Renatus Mulomedicina quatuor scripsit libros.*

Quos anno MDXXVIII Iacobus Faber ex uno solum codice edidit. Sed cum variis codd. postea contulit, multisque partibus emendatioribus in lucem emisit Ioannes Sambucus Pannonius anno MDLXXIV. Intellego verò Londini apud clarissimum Virum, præclarèque de studiis meritum extare eos libros MSos, alteraque parte auctiores.

C A P I T U M XI.

DE ORIGINE MEDICINÆ, ET ILLUSTRIBUS MEDICIS, MAXIME SCRIPTORIBUS ANTE TEMPORA CÆSARIS AUGUSTI.

§. 1. **O** *Rigo Medicina est ab experientia; experientia occasio est à necessitate. Incrementa dedit consuetudo, quâ antiquis temporibus agri solent in viâ exponi, quo rogarent transeuntes eodemne morbo laborassent, & quo pacto essent restituti.*

Auctores Hippocrates de vet. med. & Strabo lib. XII.

§. 2. *Etiã artem auxit, quòd à morbo liberati quomodo sanati forent soleant conscribere, ac deinde ad sacerdotes de-*

tes deferre, ut in templi sacrario deponerent.

Hoc Ægyptiis fuisse in more, testis est Plinius lib. xxix, cap. 1. & Galenus lib. v, de Compos. Medic. & vi Epidem.

§. 3. *Poëta Apollinem aiunt Medicina inventorem: nempe quia Apollo est Sol; ab eo autem herbarum vires, quibus Medicina constat. Nec alius videtur Paon, qui sic dictus Πάων ἰατρὸς ἢ ἐν ἑργῶν θεῶν, mederi, curare.*

Traditum id Eustathio ad Iliad. E. ubi poëta narrat, ut Pluto, cum vulnus ab Hercule in humero accepisset, Jovem super eo consulens iussus sit remedium poscere à Pæone, à quo etiam fuerit sanatus. Nec inferorum modò Deorum medicus, sed & celestium: unde de eo ita Lucianus in Tragopodagra;

Πάντων ἰατρὸς ἢ ἐν ἑργῶν θεῶν.

Medicus Deorum, quotquot in calis regunt.

§. 4. *Æschylus tamen Prometheo inventa Medicina gloriam tribuit: alii Ægyptiorum Herma sive Mercurio: alii Isidi.*

De quibus apud Diodorum Siculum legas lib. 1. Nec dubium sanè quin antiquissimis temporibus Medicina fuerit nota Ægyptiis. Athothis, secundus rex primæ dynastiæ Thinitarum apud Ægyptios, medicus fuit, & libros reliquit de re Anatomica. Manethos Sebennita Heliopolitanus flamen sacerdotum Ægypti, meminit ejus Tomo primo de dynastiis Ægyptiis & exinde Julianus Africanus, ex eo Georgius Syncellus, ex hoc Scaliger in ^{* p. 222.} Canonibus Isagogicis *. Tertiæ dynastiæ, quæ Memphitarum erat, rex secundus fuit Tosorthros, qui Ægyptiis ob Medicinæ peritiam Æsculapius putatus. Sanè nomen Ασκληπιῆς non malè videtur accessi posse ab Oriente; ubi *Aschalapho* est mutare, transformare: quæ soceri mei Junii conjectura erat.

§. 5. *Ab Ægyptiis venio ad Græcos. His in arte Chirurgica, à qua cæpit Medicina, ex Homero celebratur Chiron Thessalus, Achillis præceptor, panacea inventor.*

Testis

Testis Plinius lib. VII, cap. LVI. Eustathius in Iliad. A: Κάριον γὰρ φασὶ τραπέναι ποτὶ τῷ Χείρει, τῷ Διὶ βοτάνων Φηνοῦσα δὲ ἰατρικῶν. Ajunt Chironem cum in manu esset vulneratus, herbarum excogitasse medicinam.

§. 6. Ejus discipulus *Æsculapius*.

Teste Pindaro Od. III Nemeorum. Hunc ἰατρῶν ἡγεμόνα, ducem medicorum, vocat Plutarchus lib. VI II, Sympof. quæstionum eâ quæ numero est XIV.

§. 7. *Æsculapii filii fuere Machaon & Podalirius, versibus Homericis tantopere celebrati: Atque ex eodem cognoscimus, vixisse temporibus belli Trojani, in quo & Machaon occubuit.*

Ac Machaon quidem χειρουργικὴν excoluit, Podalirius in abditas morborum causas inquisivit, ac ejus Medicinæ principia condidit, quæ postea dicta est Λογική. Eustathium adi in Iliad. E.

§. 8. *A bello Trojano magnus est hiatus historia de claris Medicis. Sanè usque ad tempora Persica nihil illustre occurrit. Est verò spatium id annorum amplius quàm sexcentorum. Imò ulterius etiam extendit Plinius, nempe ad bellum Peloponnesiacum, Coumque Hippocratem.*

Sic enim scribit lib. XXIX, cap. I: Clara Medicina Trojanis temporibus, quibus fama certior: vulnerum tamen duntaxat remediis. Sequentia ejus (mirum dictu) in nocte densissima latuere usque ad Peloponnesiacum bellum. Tunc eam revocavit in lucem Hippocrates in insula Coe, imprimis clara ac valida, Æsculapio dicata.

§. 9. *Sed hoc non ex amussim verum, quando Hippocrates demum natus est regnante Artaxerxe Longimano, Olympiade LXXX. At sub prioribus etiam regibus fuere Græcis Medicina gnari: in quibus ipse Pythagoras.*

Corn. Celsus in Præfat. Multos ex sapientia professoribus peritos Medicina fuisse accepimus. Clarissimos ex his Pythagoram, & Empedoclem,

clera & Democrisum. Quorum Pythagoras floruit sub Cyro, Cambyse, & Dario; ut ex Laërtio, Solino, & Eusebio scimus. De Empedocle, & Democrito: postea dicam.

§. 10. Præterea Cambyse & Darii Hyfthastis filii temporibus claruit Democedes Crotoniata, Calliphontis: filius.

Quippe Cambyse imperante in Samo, vixit apud Polycratem tyrannum. Eo ab Orcete cruci affixo, Democedes inter captivos Orcetæ fuit; donec Darius, Cambyse successor, eò quodd, cum Magi imperium obtinerent, malè de Persis meritis esset, Orcetem iussit interfici, & Orcetæ captivi essent Susa ad Darium perducti. Evenit ut Rex de equo desiliens luxaret talum pedis. Eum sanitati restituit Democedes. Postea etiam sanavit Atosfam, Cyri filiam, uxorem Darii, quæ serpente mamillarum ulcere laborabat. Per eam callido consilio hoc confectus, ut tanquam explorator in Græciam mitteretur. Rex enim Græciæ bellum inferre cogitabat. At Democedes in itinere fugit Crotonem, ubi & Melonis Crotoniatae, ejus qui tantopere à robore celebratus, filiam duxit uxorem. Narrat ista fusè Herodotus lib. 111: quæ de ætate Democedis nos dubitare non sinunt.

§. 11. Ac ne dicas, unam vel etiam alteram hirundinem non facere ver, alios poteram adducere, licet paucos. In quibus tamen nolim reponere Herophilum Chalcedonium: etsi is Democede etiam antiquior fuerit, si Phalaridis fuerit aequalis.

Hunc enim gravissimo laborantem morbo sanavit, eoque nomine dignam mercedem recepit; ut ex Phalaridis ad Herophilum epistola probatum it Neander in suo syntagmate de Medicis veteribus. Phalaris autem, sicuti ex Chronicis Eusebii cognoscimus, temporibus Croesi tyrannidem tenuit annis XVI, occupavit verò sub Olympiad. LIII. an. 11. Quicquid verò de ætate sit, fuit Herophilus ille in arte medicâ præcellens. Plinius lib. XI. cap. xxxvii: *Arteriarum pulsus, in cacumine maximè membrorum, in modulos certos legesque metrias per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus, descriptus ab Herophilo, medicina vate, miranda arte, nimiam propter*

propter subtilitatem desertus. Sic quoque in Aldinâ. In Parmensi antiquâ est Eriphilo: in MSo reperio *Herophilo*, inque eodem lib. 1. in indice auctorum libri XI, *Erephilo*. Sed vera lectio est, quam diximus. Meminit idem Herophili lib. XX, cap. 11. & lib. XXV, cap. 1. lib. XXVI, cap. 11, & 111. item lib. XXIX, cap. 1, ubi de Medicorum factionibus agens ait, *Omnes eas damnavit Herophilus in muscos pedes venarum pulsu descripto per atatum gradus. Deserta deinde & haec secta est, quoniam necesse erat in eâ literas scire.* Memorat quoque Cicero lib. 11. Acad. Quæst. Cornelius Celsus in præfat. Plutarchus de Placitis Philosoph. lib. IV, cap. XXI 1. & lib. V, cap. 11. Galenus in undecimo commentario in librum Hippocratis de Natura humana, agnoscit artem *ἀνατομικὴν* ab eo plurimum fuisse adjutam. Quid mirum? quando à regibus etiam facinorosi è carcere ei mitterentur, quos vivos dissecaret; ut auctor est Cornelius Celsus. Idcirco asperè ad eò de eo Tertullianus libro de Anima, cap. X: *Herophilus ille medicus, aut Lanus, qui sepeingentos exsecuit, ut naturam scrutaretur; qui homines odit, ut nosset.* Velsilius præponere eum Galeno non dubitavit. At Fallopius *Ἐπιτομὴν τῶν ἐπιπέπων, Contradicere Herophilo in Anatomicis, est contradicere Evangelio.*

§. 13. *At ut de eo decepti, ita verè dicere possumus, ejusdem Artaxerxis temporibus claruisse alios Medicos illustres, nec paucos.*

Ut hic quoque locum habeat illud Velleii Paterculi lib. 1: *Cujusque clari operis capacia ingenia in similitudinem & temporum & projectuum semetipsa ab aliis separavisse.*

§. 14. *In iis Democritus Abderita, qui eadem natus Olympiade ac Hippocrates, de quo paullo post dicam.*

Scriptit in Medicina, *Διαγινῆκεν*, & *ἰντεχνικὴν γράμμην*. De Herbis multa reliquisse Plinius ait lib. XXI, cap. XI. Est & de eo Petronii Arbitri: *Isaque bercula omnium herbarum succos Democritus expressit; & ne lapidum virgultorumque vis lateret, atatem inter experimenta consumpsit.* A nonnullis magni Hippocratis fuisse præceptor exultimatus; ut est apud Celsum in Proœmio. At nescio unde illud hauserit Oribasius, cum præfat. Commentariorum in

Aphorismos Hippocratis ait tentasse eum ad instar Hippocratis Aphorismos scribere: sed nequivisse. Equidem ne id quidem pro certo habeo, aphorismos istos sic ab Hippocrate scriptos digestosque. Nec enim à vero abludit eorum opinio, qui ab alio ex variis Hippocratis operibus bono iudicio excerptos arbitrantur.

S. 15. *Sub Artaxerxe Longimano, claruit Empedocles Agrigentinus, Archita Tarentini discipulus.*

De quo dixi in Poëtis Græcis: sed hoc loco nobis memoratur, quatenus idem in Medicis censebatur; ut ex Laërtio cognoscere est, qui de Medicina etiam scripsisse ait.

S. 16. *Vt popularis, sic equalis ejus fuit Acron Agrigentinus Medicus.*

De hoc sic Plinius lib. XXI, cap. 1: *Alia (medicinæ) factio ab experientis se cognominans Empiricên, capit in Sicilia, acrone Agrigentino Empedoclis Physici autoritate commendato.* Meminere etiam Laërtius in Empedocle, Suidas in Ἀκρον, Hesychius Illustris in Ἐμπεδοκλῆς, & antiquior tribus istis Plutarchus lib. de Iside & Osiride, ubi narrat, ut ab Ægyptiis edoctus, pestilentiaë tempore Athenis juxta ægros soleat ingentes ignes accendere ad aëra purgandum, atque ut ea re juverit non paucos. Quam rem etiam narrant Aëtius Tetrabibli lib. 11, cap. XCIV, & Paulus Ægineta lib. 11, cap. xxxv. Factum verò id viderur imitatus Hippocrates: de quo notissimum, ut per Græciam universam peste vexatam crebros jufferit ignes accendi: eoque à pestilentia liberârît.

S. 17. *Mirum à nonnullis ad hæc etiam tempora referrî Melampodem Argivum, qui Prati, Argivorum regis filias, helleboro nigro, caprillo lacti immerso, à furore liberavit. Nam ille claruit ante bellum Trojanum.*

Non audiendi itaque, qui post Democedem & Empedoclem referunt; utj faciunt Petrus Castellanus in vitis illustrium medicorum, & Ioannes Neander in Syntagmate de Medicina*; nam vixit Proetus XII Argivorum Rex, quo tempore in Troade regnabant Tros & Tantalus; Israëlitaë autem serviebant Egloni,

Egloni, Moabitarum regi. Meminit hujus inter alios Herodotus lib. IX. Item Maro III. Georg.

— *cessere magistri*

Pbilyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.

Ubi Servius monet nomen habuisse καθάρσις, hoc est, purgatoris. Hellebori genus ab eo *Melampodium* vocari, testis est Plinius lib. XX, cap. 20.

§. 18. *At verè sub Artaxerxe Longimano claruit Herodicus, à quo Διατριβή inventa:*

Ut Eustathius testatur in Iliad. A.

§. 19. *Item discipulus Herodici, magnus ille Hippocrates Cous: qui natus Olympiados LXXX, an. I.*

Parentes habuit Heraclidem, & Praxitheam, quorum ille ab Æsculapio duodevigesimus: hæc ab Hercule undevigesima. Proavum habuit Gnosidicum, qui de membris, & fracturis, atque articulis librum scripsit; ut quosdam secutus tradidit Galenus commentario primo in librum de Victus ratione in morbis acutis. Quamquam verò Dorica Hippocrati lingua foret nativa; Ionicè tamen scripsit, à Democrito persuasus; ut est apud Ælianum in Quarto variæ historiæ. Nempe quia hæc lingua suavior elegantiorque haberetur.

§. 20. *Hunc tota posteritas venerata est tanquam Medicorum principem.*

Nempe quia primus medendi præcepta clarissimè condidit: ut Plinius ait lib. XXVI, cap. 11. Itaque omni medicina parentem vocat Cornelius Celsus: Octavius Horatianus *primarium medicorum*: Seneca *Medicorum summum, & scientia medicinali conditorum*. De eodem ita memoratus ante Plinius lib. VII, cap. XXXVI, ubi agit de iis, qui in artibus excelluere: *Hippocrates enituit Medicinæ: qui venientem ab Illyriis pestilentiam prædixit, & discipulos ad auxiliandum circa urbes dimisit: quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decrevit Græcia*. Ejus sententias, ut Dei vocem, habendas Galenus ait lib. I. de Usu partium cap. IX. ac simile omnium esse judicium, refert Suidas. Macrobius etiam quàm magnificè; *Hippocrates qui tam fallere, quàm falli, nescit.*



§. 21. *Quando verò laudatior, tantò cautiores esse oportet in genuinis distinguendis à spuris.*

De quo plura dicerem, nisi in eo abunde desudasset præstantium virorum industria.

§. 22. *Filios duos, magni nominis Medicos reliquit, Thefsalum & Draconem.*

Obiectant aliqui, quod in liberos Hippocratis, tanquam blennos & stolidos, convitia ab Aristophane in Nebulis jaciuntur. Sed profectò non ille loquitur de liberis Hippocratis, Coi, sed Hippocratis Atheniensis; quâ de re diximus Oratoriarum Institutionum lib. 11, cap. xiv. sect. viii. Sanè Galenus commentario I in librum de Naturâ humanâ Thefsalum vocat *Θεσσαλον*, ac placitorum patriorum observatissimum: egisseque ait apud Archelaum Regem Macedoniæ.

§. 23. *Hippocratis gener, discipulus, & successor Polybus fuit; qui de Affectibus, de Naturâ hominis, de Ratione victus salubris, ac de Semine scripsit.*

Vulgo eos libros Hippocrati tribuunt, sed falso.

§. 24. *Hippocratis quoque discipulus fuit Dexippus Cous, qui scripsit librum de Re medicâ unum, duos verò *Ἐπιπέριον* & *Ἐπιπέριον* *.*

* De Præcognitionibus.

Auctor Suidas. Atque item refert, ut ab Hecatomno Carum rege arcessitus ad sanandum filios ejus, Mausolum & Pixodarum, desperatis morbis laborantes, non alia voluerit conditione venire, nisi rex promitteret, destitutum se à bello quod gerebat cum Caribus. Ubi fortasse pro *Ἐπιπέριον* legendum *Ἐπιπέριον*: quia verisimile est voluisse Dexippum bellum amoliri à patriâ suâ.

§. 25. *Fuit & iis temporibus Crito, quippe discipulus ejus Acronis Agrigentini; de quo paullo antè diximus.*

Hic Crito docuit artem *ἰατροπικῆς*, sive comtoriam, vel exornatoriam. Quâ in re, ut Galenus ait, veniam meretur, quia apud reges

reges & reginas medicinam faceret. *Ἰατρικὴ Φαλαγγισί*, librorum ejus exhibet Galenus lib. 1. *τῆς ἰατρικῆς*. Meliorem etiā remedium partem ex eo excerpere Aëtius, & Oribasius. ♦

§. 26. *Temporibus Artaxerxis Memoris claruit quidque Cressias Cnidius ὁ τῶν ἰατρῶν Ἀρταξερξῆων, Artaxerxis medicus.*

Artaxerxes verò imperare cepit anno IV Olymp. XCIII.

§. 27. *Olymp. cv. regnare in Persia cepit Artaxerxes Ochus, uti sequenti Olympiade in Macedonia Philippus Amynta filius. Horum temporibus fuerunt duo Medici Theomedon & Chrysippus.*

Tempora horum cognoscimus ex Platone, & Eudoxo Cnidio. Nam Eudoxus fuit Platonis auditor, ut tradidit Sorion ἐν *Ἀλγεδοχαίαι*: *. Desiit autem vivere Plato initio Olymp. CVIII. Porro Theomedon suis suantibus aluit Eudoxum. Imò hic ejus *παθητικῆ* sive deliciae fuisse creditur, ut est apud Laërtium in Eudoxo. Erat autem Eudoxus annorum XXI I, cum Athenas primò proficisceretur. Posteaque idem Eudoxus cum Chryssippo medico profectus in Ægyptum, ut ab eodem Laërtio accepimus. Etiam Chryssippi meminit Plinius lib. XXVI, cap. 11, ubi hoc ordine Medici, quorum libri herbis referti, recensentur: Hippocrates, Diocles Carystius, Praxagoras, Chryssippus, Erasistratus, Herophilus.

* In successibus.

§. 28. *Item tum fuit Philistio Sículus, quò in medicina preceptore usus Eudoxus Cnidius.*

Ut Callimachus in Tabulis auctor est. Puto autem idem fuerit Philistio Locrensis, Agellio memoratus lib. XVI I, cap. XI. Huic tribuunt librum Hippocratis de *Διατῆ*.

§. 29. *Philistioni proximus esto discipulus Eudoxus.*

Astrologus, Geometra, Medicus, & Legislátor: ut ait Diodorus.

§. 30. *Olymp. quoque cv, quando regnabat Artaxerxes Ochus, fuit Menecrates Syracusanus, qui librum scripsit*

fit Pharmacorum, è quibus ipse invenerit multa, teste Galeno.

Fuit interim tam stulti fastus, ut quos morbo comitiali liberasset, circumduceret secum, hunc Herculis, illum Mercurii, alium Apollinis, Æsculapii, vel alius Dei habitu; ipse Jovis instar, aureâ coronâ, purpureâ veste, sceptrum tenens, crepidatus procederet. Imò regi ipsi Philippo, patri Alexandri M. literas inscripsit, hoc pacto *Menecrates Iupiter Philippo Regi salutem.* Cui iccirco rescripsit, Rex, *Philippus Menecrati ὑπαίειν.* Literas ipsas longè vanissimas apud Ælianum vide in XII. variæ Historiæ. Alius ab hoc Menecrates, qui Tiberii & Claudii Cæsarum temporibus vixit, ut suo loco dicitur.

§. 31. *Olympiade CXI claruit Philippus Acarnan, qui magnum Alexandrum, et si Parmenionis vel, ut alii, matris literis factus esset Regi suspectus, salutari potione sanavit.*

Narrat rem Valerius Maximus lib. III, cap. VIII, Curtius lib. III. Arrianus lib. II. Plutarchus in Alexandro, Justinus lib. XI.

§. 32. *Olympiadis CXIV, anno tertio, biennio post mortem Alexandri Magni, quo ipso etiam Demosthenes decessit, praeptori successit Theophrastus; cujus libri de Plantis atque alia, valde Medicum juvant.*

Quam lepidè & verecundè Aristoteles eum prætulit Menedemo Rhodio, vide apud Agellium lib. XII, cap. V. Ludum ejus ad bis mille auditores frequentasse, ait Hesychius illustris. Moriens Naturam accusavit, quod cervis ac corvis vitam dedisset longævam, non item hominibus, quibus ad omnia Naturæ arcana indaganda erat opus vitâ longissimâ. Testes Cicero in I de Finibus, & Laërtius.

§. 33. *Olympiade CXVII, (quâ Seleucus Nicator diadema assumpsit, ac Orientis sibi imperium vindicavit,) claruit Erasistratus Iuliates, celebris eo, quòd persenserit Antio-*

Antiochi Σωτήρος & amores, ac patri Seleuco persuaserit, ut filio cederet uxore, licet ex eâ jam prolem haberet.

Rem narrat Plutarchus in Demetrio, & Appianus in Syriacis. Exemplo Herophili, etiam vivos homines secuisse, auctor est Celsus.

34. *Olymp. cxxv atque antè, claruit Nicias Pyrrhi regis medicus, quem Theocritus versibus suis extulit.*

Ejus de Lapidibus libri mentio est apud Stobæum sermone de Morbis.

§. 35. *Olympiade cxxv fuit Aristogenes Cnidius, Chryssippi philosophi servus, Medicus regis Antigoni Gonata.*

Vide Suidam in Αερισόγηνς. Atque idem memorat & alterum Aristogenem, qui Thasius fuerit. Addit quàm varia in Medicinâ scripserit; & in his φυσικῶν βοηθημάτων ἑπιπέλω, *Auxiliorum naturalium compendium*, ac scripserit ad Antigonum; qui si est Gonatas, ut arbitror, potuerit idem esse ac Cnidius; ut nomen unum sit à solo natali, alterum ab educatione vel habitatione. Nihil interim impedit, quo minùs eodem tempore ejusdem fuerint nomihis medici duo.

§. 36. *Olymp. clxi, nempe sub Attalo, ultimo rege Pergameno, claruit Nicander Colophonius, Xenophanis filius, grammaticus, poëta, ac medicus; cujus exstant Theriaca, & Alexipharmaca.*

Cætera ejus, quæ multa fuere, deperierunt. De ætate objiciat aliquis, quòd dicatur Arato sua dedisse castiganda. Sed hoc falsum planè, cum Aratus xli Olympiadibus antecesserit. Atque hinc etiam liquet, quantopere eos ratio fugerit, qui uno tempore ajunt vixisse poëtas, qui Plejadis nomine vocantur. Sed de istoc in opere de Poëtis Græcis diximus.

§. 37. *Olymp. clxxiii ac aliquot sequentibus, Mithridates Ponti & Bithymia rex fuit, qui de Arcanis morborum*

M

borum

borum remediis commentarios doctè scripsit, eos verò in thesauri sui scrinio reconditos servavit. Eo victo hos Pompejus Romam abstulit, ac à liberto suo Leno Pompejo Latinè verti iussit.

Ætatem indicant bella, quæ gessit cum Syllâ, Lucullo, Pompejo. Nomen ut nec pharmacopæorum vulgo ignoretur, facit antidotum, quod ab eo *Mithridatium* nominatur. Fuit sextusdecimus à Dario Codomanno, ultimo rege Persarum; octavus verò ab eo Mithridate, qui, à Macedonibus deficiens, regnum sibi vindicavit. De eruditione ac scriptis ejus vide Agellium lib. xvii, cap. xvii. & Appianum lib. de bello Mithridatico. Scriptis suis multa est complexus ad historiam naturæ pertinentia. Quale illud à Plinio proditum lib. xxxvii, cap. ii. *Mithridates inquit, in Germania litoribus esse insulam, vocarique eam Oserictam, cedri genere sylvosam: inde (succinum) defluere in peiras* Præcipuè tamen ea exposuit, quæ ad Medicinam pertinerent. Illustris de eo est locus ejusdem Plinii lib. xxv, cap. ii. *Mithridates in reliquâ ingenii magnitudine medicina peculiariter curiosus, & ab hominibus subjectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens, scrinium commentationum harum & exemplaria effectusque in arcanis suis reliquit. Pompejus autem omni regiâ præditus, transerre ea sermone nostro libertum suum Leneum, Grammatica artis doctissimum iussit: vitæque ita profuit non minus quàm Reip. victoriâ illâ.*

§. 38. *Olymp. clxxviii. & deinceps, claruit Asclepiades Diotimi filius, Myrleâ Bithynia urbe oriundus: qui rejectâ Hippocraticâ medendi ratione (eam mortis meditationem vocabat) condidit novam sectam, in quâ multa agrotantium blandimenta, uti inter alia lectuli pensiles, ut jactatione molli facilius obreperet somnus.*

Iraque de eo parùm magnificè sensit Plinius: cujus hæc verba lib. xxvi, cap. iiii: *Asclepiades atate Magni Pompeii orandi magister, nec satis in arte eâ questuosus, & ad alia sagax ingenii, huc se repente convertit, atque ut necesse erat homini, qui nec id egisset, nec remedia nisset oculis usque percipienda) torrenti ac meditata quoque oratione blandiens omnia abdicavit: totamque medicinam ad causam revocando, conjectu-*

7AM

ram fecit, quinque res maxime communium auxiliorum professus, abstinentiam cibi, aliquando * vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes: qua cum unusquisque semetipsum sibi prestare posse intelligeret, faventibus cunctis, ut essent vera, qua facilissima erant, unumversum prope humanum genus circumegit in se, non alio modo, quam si calo emissus advenisset. Quomodo eum, cujus jam funus ducebatur, ad vitam revocarit, festivè narrat Appulejus lib. 1 v. Florid.

* Sic Muretus pro alias emendat.

§. 39. *Olymp. CLXXXI I, ac post claruit Craterus, quo medico inter alios utebatur T. Pomponius Atticus.*

Cicero ad Att. lib. XI I, epist. XIII: *Commovet me Attica: etsi adsentior Cratero. Et epist. sequenti. De Attica doleo. Credo tamen Cratero. Piliam angere vetabat. Is mihi est pro omnibus. Doleo, inquit, ob morbum filiae tuae: sed tamen optimè sperare jubet Craterus, qui ejus valetudinem curat. Quare nec uxor tua Pylia valde se ob adversam ejus valetudinem debet excruciare. Meminit & Horatius lib. II. sat. III:*

Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,

Hic ager: rectè igitur, surgetque. —

Idemque nomen pro quovis medico usurpat Persius sat. III:

— Venienti occurrite morbo

Ecquid opus Cratero magnos promittere morbos?

Mirum quod de servo Crateri refert Porphyrius lib. 1 de Abstinentia ab esu animalium; *Κρατερῦ δ' ἰατρῆ οἰκέτης ξένω ἀεπισῶν νοσήματι, ἤ σαρκῶν σπόγγισιν λαβυσσῶν ἐκ ἤδυσῶν, ποῖς μὲν ἀφέλη; ἔδένι χυθῦ; ἢ τρώπιω ἔχρ' σκιδραδένι, καὶ βρωθένι διεζώθη, ἢ σαρκὸς συγκολληθείσης. Crateri medici servus novo & inusitato morbo affectus, nempe carne ab ossibus divulsa ac distracta, pharmacis quidem nihil melius se habuit; sed vipera piscis in modum apparatus, & comesta convaleuit, carne de integro conglutinata.*

§. 40. *Olymp. CLXXXV I. claruit Pedacius Dioscorides Anazarbeus, cujus de Materie medicâ libros quinque habemus, item Alexipharmaca, & Theriaca.*

Est verò Anazarba Ciliciæ civitas, quæ postea dicta est Cæsarea Augusta. Ætatem indicat, quod Suidas dicat fuisse medicum Cleopatraz ac Antonii. Interim non levem scrupulum in-

jicit quod idem confundat Dioscoridem Anazarbeum, & alterum, cui cognomentum φακᾶς*, nempe Διοσκούρου τοῦ ὀψείως φακᾶς, quia facies lentigine notaretur. Siquidem, (quod Petro Castellano in Medicorum Illustrium Vitis observatum) Galenus distinguit, ac Anazarbeum, ait sectæ additum empiricæ: eum, qui φακᾶς vocatus, fuisse sectæ Logicæ sive dogmaticæ. Hinc olim acris illa dissensio inter Leonicum & Pandulphum, utrùm Dioscorides Plinium, an Plinius exscripserit Dioscoridem. Facile sit solvere quæstionem, si Dioscorides Anazarbeus fuerit medicus Cleopatæ. Ipse verò Anazarbeus ait se militiam secutum, sed sedulam tamen rei herbariæ operam impendisse, conferendo cum iis, qui hæc maximè intelligerent. Galenus lib. XI. de Facultate simplicium ait, non satis fuisse peritum linguæ Græcæ. Ac idem præfatione lib. VI. ejusdem operis, & lib. I v de Compositione medicamenti, valde ejus operam commendat, atque agnoscit, in hoc argumento nulli esse secundum. Transfutare eum Hermolaus Barbarus, Marcellus Virgilius Florentinus, Ioannes Ruellius, ac postremò omnium optimè Janus Antonius Saracenus. Porro non primus in hac materie versatus est Dioscorides; sed antè se hoc tractasse ait* Jolam Bithynum, Heraclidem Tarentinum, Julium Bassum, Niceratum, Petronium, Nigrum, & Diodorum. Duo ἀπορίων seu Parabilium libri, utcunq; Dioscoridi inscribantur, ab alio tamè partim ex Dioscoride, partim aliis, sunt collecti; sive Anazarbensis ille, sive Alexandrinus: quos & distinxit Galenus præfat. glossar. Hippocratis, ut superius dixi. Nunc verba appendam. Διοσκουρίδης, ἔχ' ὁ ὀψείων φακᾶς, ὁ Ἡροφίλειος, ἀλλ' ὁ νεώτερος, ὁ ἔπαπειρος ἡμῶν. Dioscorides non qui vocatus Phacas sive Lentinus, Herophilis sectator, sed junior, qui patrum nostrorum memoriâ vixit. Ubi Anazarbensis prior loco signari satis liquet. Is enim à lentiginosa facie, ut ex Suidâ dictum, φακᾶς vocatus. Unde corrigo Erotiani illud præfatione Lexici Hippocratici: Διοσκουρίδης ἔφακᾶ πᾶσι τῶν τοῖς ἀντιπῶντιος δι' ἑπτα βιβλίων. Ita H. Stephanus edidit. Rescribendum autem, Διοσκουρίδης ἔφακᾶ. Dioscoride, inquit, Phacâ, seu Lentino, omnibus iis septem libris contradicente.

* in præfatione.

S. 41. Olymp. CLXXXVI claruit Themison Laodicensis Syrus, auditor Asclepiadis Myrleani, quem Pompeii M. atate

atate vixisse diximus. Hic cum præceptor novam condidisset sectam, multa in ea innovavit, tertiamque sectam fecit.

Hinc Seneca epist. xciv: *Adjice nunc, quod artes quoque pleraque, imò ex omnibus liberalissima, habent decreta sua, non tantum præcepta; sicut medicina. Itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis. Ea Themisonis secta dicta est Methodica. Meminere Themisonis Dioscorides lib. vii, cap. ii. Cornelius Celsus in præmio, & Plinius lib. xiiii, cap. xvii, ubi summum auctorem vocat. item lib. xix, cap. i. Non audiendus verò interpretis juvenalis ad illud Sat. x:*

— *Quorum si nomina queras,*

Promius expediam, quot amaverit Oppia mæchos,

Quot Themison agros autumnò occiderit uno.

Ubi sic interpretis: *Themison, archiater illius temporis, cui detrabit. Vult igitur vixisse temporibus Domitiani. Nempe non vidit Themisonis nomen poni pro quovis medico Methodico. quia cum primitus multi Themisonem sequi se profiterentur, neutquam tantum præstarent ac sectæ conditor, sed multis necis causa forent. Crebra quoque mentio Themisonis apud Cælium Aurelianum, ut mittam Paulum Æginetam lib. iiii. cap. xv, atque alios.*

§. 42. *Olymp. clxxxvi. claruit quoque Philotheus Amphissensis; cujus exstant Commentarii Græci in Aphorismos Hippocratis; liberque de Urinis.*

Ætatem indicat quòd à M. Antonio Triumviro ob sophisma, quo insolentem Medicum compescuit, donatus fuerit mensa argenteis poculis onusta. Rem narrat Plutarchus in Antonio.

§. 43. *Atque hætenus illustres Medicos secundum Olympiadas digestimus. Nunc quia deventum ad Augusti tempora, qua ordinur à morte Antonii ac Cleopatra, Cesarum potius ordinem sequemur.*

Puto enim, sic Medicam hanc historiam fore clariorem.

DE ILLUSTRIBUS MEDICIS A TEM-
PORIBUS AUGUSTI USQUE AD TEM-
PORA JUSTINIANI.

§. 1. **P**rimus igitur esto Artorius Musa.

* Synag-
mate de il-
lustr. Med.
p. 77. 78.

Qui vulgo Antonius Musa. Sed Artorius vocatur ab Cælio Aureliano, Lactantio, & Eusebio: imò & Valerio Maximo lib. 1. cap. vii. Video Neandrum * tribuere Augusto medicos Artorium & Antonium. Sed falli puto. Hic Artorius Musa cum incipit morbo Augustum liberasset, statuam juxta Æsculapium promeruit; ut testis est Tranquillus. Tribuitur ei libellus de *Vetonica*. Sed alii auctorem putant L. Appulejum. Etiam Musæ tribuitur libellus de tuendâ valetudine. Verùm Marcellus Empiricus adscribit Hippocrati.

§. 2. *Frater Artorii Musa fuit Euphorbus, Iuba, regis Mauritanie medicus.*

Plinius lib. xxv, cap. 1: *Invenit patrum nostrorum ætate herbam rex Iuba, quam appellavit Euphorbiam, medici sui nomine & fratris Musæ, à quo Divum Augustum conservatum indicavimus.*

§. 3. *Sub Tiberio claruit tum Cassius; cujus supersunt de Animalibus problemata medica: tum Scribonius Largus, cujus extat liber de Medicamentorum compositione.*

Ætatem utriusque ostendit, quòd Scribonius Codicis meminit, quem ab Atimeto, Cassii servo ac Cæsaris Tiberii legato acceperit. Scribonii mentionem etiam facit Galenus in libris *Ἐπιπέρας*, & alibi.

§. 4. *Tum quoque fuit Cornelius Celsus, qui octo libris de re Medicâ Latini Hippocratis nomen est consecutus.*

Methodicam Asclepiadis sectam sequebatur. Itaque Ioannes Heur-

Heurnius summus medicus, cumq; clarissimo Molinæo in scientia naturali præceptor meus, aiebat, pluris Latinitatem ejus, quàm medicinam fieri oportere. Utinam verò ejus scriptoris editionem novam dedisset Josephus Scaliger. Nam eam molitum, satis liquet ex præfatione Francisci Vertuniani ante Hippocratis librum de Capitis Vulneribus; quem cum suo Commentario, & Scaligeri Castigationibus edidit. Celsum verò Vertunianus inibi vocat Hippocratis non minùs eloquentem, quàm fidum interpretem.

§.5. *Tiberii & Claudii Cesarum medicus fuit Menecrates, qui secta Rationalis fuit, ac variis scriptis inclaruit.*

Galeno memoratur de Compos. Med. Simp. lib v, cap. 111. ac alibi sæpè, & fortasse etiam Cælio Aureliano lib. 1, Diutur. Pass. cap. v. Est de eo vetus inscriptio, quæ legitur apud Hieronymum Mercurialem lib. 111. Var. Lect. cap. xx11.

§.6. *Claudii Cesaris atate fuit Valens medicus.*

Qui adulterio Messalinæ, uxoris Claudii, notior redditus.

§.7. *Sub Nerone fuit Theffatus Trallianus, qui Themisonis sectam fecit suam.*

Ut Galenus tradit in primo Therapeuticorum. Scripsit contra Hippocratis Aphorismos, ut idem ait libro contra Julianum. Cùm familiaris esset Neroni, facilè Medicorum aliis prælatus; unde tanti fastus evasit, ut se *ιατρονικω* inscribi vellet monumento, quod etiamnum Galeni tempore via Appia exstabat.

§.8. *Medicus etiam Neronis fuit Andromachus senior, Cretensis: qui Theriaca carmine ad Neronem perscripsit.*

Neronis fuisse archiatrum tradit Galenus lib. 1 de Antidotis cap. 1, & libro de Theriaca ad Pison. cap. v. Ac priori quidem loco magnis effert laudibus, ut Medicam artem perfectè edoctum, ac præterea facundia pollentem, patria autem fuisse Cretensem. Ab eo dictam Theriacam Andromachi, quia antidoto

Mithri-

Mithridaticæ admiscuerit non exiguam partem carniū viperæ; atque ita esse factum, ut hæc Antidotus Andromachi propè antiquaverit Mithridaticam. Idem Galenus ait scripsisse etiam de Medicamentis compositis ad adfectus externos; imò & plurima ex eo exscribit. Nihil, puto, addere opus est, etiam Aërium, & juniorum alios subinde ejus meminisse.

§. 9. *Vixit tum quoque* Euax, rex Arabum, qui de simplicium effectibus ad Neronem scripsit.

Verba sunt Plinii lib. xxv, cap. 1. Quæ tamen aberant à MSto codice Chiffletii medici, ut Dalecampius testatur, nec in nostro MSto. nec in vetere editione Parmensi conspiciuntur. Idem Græcè dicitur scripsisse ad Tiberium de Viribus lapidum pretiosorum.

* in his
Neandro
Brem. pag.
79.

§. 10. *Ad hæc quoque tempora referri ab aliquibus* *. *video Theonem Alexandrinum, cujus librum de Exercitationibus sæpè citat Galenus; & Arctæum Cappadocem, cujus libri, sed mutili, ad tempora nostra pervenire. Sed Arctæus longè est antiquior. Scripsit enim multò ante Cæsarium tempora, florentibus Græciæ rebus; ut ex eo colligitur, quòd Ionicâ utatur dialecto.*

Jonismus enim, uti & Dorismus, diu ante tempora Cæsarium in scriptis desierat. Ut mirum sit non antea celebrari. Primi enim, qui meminerint, sunt Paulus Ægineta, & Aëcius: qui non ante Julianum claruere. Nec tamen audiendi, qui propterea quod Galenus in tot voluminibus nunquam laudat, eò juniorem illo arbitrantur. Nam potuit nominatim laudasse in iis, quæ interciderunt. Et fortasse aliquando eum signat, etsi non nominet. Multos enim citat, quorum nomina non addit.

§. 11. *Etiam C. Plinius Secundus propter Historiam Naturalem inter medicos, et si iis quandoque iniquior videatur, nomen sustinet.*

Opus, quod dixi, ipse in præfatione ait esse librorum xxxvi. Nempè primum non annumerat, quia verius sit index. Addit se
com-

complexum rerum cura dignarum xx millia. Evolvisse centum auctores non vulgo tritos, sed exquisitos: talium se legisse voluminum duo millia. Hoc est verè, quod Domitius Piso dicebat, thesauros scribere, non libros. Et tamen vir tantus effugere nequit aspera medicorum judicia: ex quibus Cardanus solum habebat pro Grammatico. Quo non tam Pliniano detraxit nomini, quàm suo.

§. 12. *Vespasiani aetate vixerunt Medici celebres Seleucus Cyzicenus, & Stratoles Sidonius.*

Ut indicat Philostratus lib. VIII de vitâ Apollonii cap. III.*

§. 13. *Sub Domitiano, Nervâ & Trajano vixit Archigenes Apamensis Syrus.*

* pa 404.
edit. Pa-
ris. anno
1608.

Philippi filius fuit, Agathini discipulus, ac Romæ medicinam sub Trajano fecit. Vixit annos LXXIII, multaue medica & physica scripsit. Auctor Suidas in *Αρχιγενίς*. Præter illa *ῥημ-μολικῶν*, sive *Cutis ac capillorum ornatum*, etiam decem libros scripsit de Febribus, ut tradit Galenus. Atque idem auctor est undecim libros epistolarum Medicinalium reliquisse. Nomen ejus Juvenalis, qui ei æqualis fuit, pro quovis medico posuit sat. IV:

— *Tunc corpore sano.*

Advocat Archigenem, onerosaque palla jactat.

Quem ad locum scholiastes Archigenem ait fuisse, *Medicum magnum illius temporis.*

§. 14. *Trajani & Adriani temporibus fuit Rufus Ephesius, cujus exstant libri tres de Appellationibus partium corporis humani. Vbi & situm, figuram, facultatem & usum declarat.*

Latinè reddidit Junius Paullus Crassus, medicus & professor Patavinus. Sed liber primus bifariam exstat, sententiâ plurimum eadem, sæpè etiam verbis. Junius Crassus ait non posse se dividere, quo id consilio fecerit. Sed quid mirum, si quis priorem editionem recoquat, & addat, demat, mutet quæ volet. Nempe bis edidit eum librum Rufus. Uti & Solinus suum Polyhistora. Nec sanè variantes veterum scriptorum lectiones semper sunt

N

à libra-

à librariis : quandoque etiam ex eo , quod alii primam editionem exscripserint , alii fuerint nacti : codicem postmodo ab auctore emendatum. Porro hic Rufus etiam scripsit de Renum ac vesicæ morbis , ac fragmentum de Medicamentis purgantibus. Nemo magis accuratè vel perspicuè scripsit de renum , & vesicæ morbis , ut auctor est Galenus. Idem quoque meminuit librorum. IV, quos carmine scripserat de Herbis.

§. 15. *Trajani quoque & Hadriani aetate fuit Soranus Ephesus.*

Qui multa scripsit de Arte sua , ac Galeno memoratur libro de Sectis. Est & alter Soranus Ephesus , priori junior , qui *ἡναικίων* libros reliquit , teste Suida. Ex opere eo superest fragmentum. *Ἐπι μητρὸς, καὶ γυναικείῃσιν αἰδοίῃσιν.* Tertius est Soranus Cilix. Cui nonnulli tribuunt Isagogen medicam , quæ Sorani nomen præfert. Sed autor ejus operis Latinus fuit , ut in Originum libris ostendimus. Vide & quæ de tribus hisce Soranis diximus opere de Historicis Græcis.

§. 16. *Item tum fuisse videtur Calius Aurelianus Siccensis : cujus habemus libros quinque Tardarum passionum ; ac tres Celerum morborum.*

Sorani enim meminuit ; Galeni non item ; cum minimè neglecturus , nisi major natu esset : laudare enim eos solet , ex quibus profecit.

§. 17. *Hermogenes fuit medicus Hadriani Caesaris : cui & vita, ob aqua intercutis morbum , peraso locum ostendit sub mammâ , ut eo veneno oblito , ac istic vulnere inflicto , minore suo dolore moreretur.*

Auctor est Xiphilinus in Hadriani vitâ. Archigenem vocat Neander in Syntagmate illustrium medicorum. Nempe secutus videtur Hieronymum Mercurialem , qui lib. I. Var. Lect. cap. V. apud Xiphilinum pro Hermogene Archigenem reponendum arbitratur. Sed alius ille & paullo antiquior : ut qui sub Domitiano Nervâ , & Trajano potius claruerit : sicuti diximus antea :
Hermo-

Hermogenes varia scripsit, quæ passim à Galeno celebrantur. Ut lib. de Simpl. Medicam. cap. xxvi i, & alibi.

§. 18. *Sub T. Aurelio Antonino Pio claruit Sextus, Empirica secta medicus: cujus tres supersunt libri Pyrrhoniæ Hypotyposêôn, & decem adversus Mathematicos, sive disciplinarum professores. Totum verò hoc eo est subnixum, quòd idem est, ac Sextus Charonensis, Plutarchi Charonensis nepos, qui præceptor fuit M. Antonini Philosophi; ut in vitâ ejus tradit Capitolinus. Is verò discipulus fuerit Herodoti Philadelphæi, sectam Pyrrhoniæ secuti.*

Huic tribui video (sed perperam, ut censeo) librum de Medicinâ Animalium. Sæpius ejus testimonio utitur in Thesaurò pauperum Petrus Hispanus, qui dignitatem Pontificis Maximi adeptus, vocatus est Ioannes XXI. Huic *Platonius* vocatur, qui *Placius* in manu exaratis appellatur. Commentario illustravit Gabriel Humelbergius. Sed profectò si is *Platonius* fuit, alius sit à Sexto Pyrrhoniæ Hypotyposêôn scriptore.

§. 19. *Sub M. Aurelio Antonino Philosopho, item filio Commodo, adhac Helvio Pertinace, Didio Iuliano, Clodio Albino, ac denique Severo effulsit clarum jubar Glaudivs Galenus Pergamenus.*

Qui inter duodecim subtilissima orbis ingenia, subtilitate ultimum, arte clarissimum meruit locum: ut censet Hieronymus Cardanus lib. xvi subtilitatum. Hoc nemo plura, ac majori undique doctrinâ scripsit: ut de eo satius sit tacere, quàm plura addere.

§. 20. *Etiã sub Antoninis vixit Iulianus Alexandrinus: qui libros XLVIII scripsit contra Aphorismos Hippocratis. Item librum de Methodo, quem Philonem inscripsit. Item αὐτὸν ψυχικῶν καὶ σωματικῶν παθῶν.*

Citat Galenus, qui & contra eum Hippocratis Aphorismos defendit.

§.21. *Serenus Sammonicus, cujus de Medicina & morborum remediis carmen superest, vixit temporibus Severi Caesaris, & filii ejus Caracalla: à quo in cenâ est interemptus.*

Filius ejus fuit præceptor junioris Gordiani; gratusque fuit Alexandro Mammeæ, uti & Gordianis. Patrem cum filio confudit doctissimus Lilius Gyraldus in Historiâ poetarum, dialogo IV. Vide de priori Spartianum; de altero Lampridium, & Capitolinum.

§.22. *AI. Aurelio Probo imperante, claruisse dicitur Philagrius Lycius, medicus Epirota, Neumachii discipulus.*

Ad Probi tempora refert Neander. Suidas contentus est dicere, posteriorem esse Galeno. Idem ait plerumque fecisse medicinam Theſſaloniciæ, ac reliquiſſe commentarium in Galenum; item *μονόβιβλα*, sive Libros singulares LXX.

§.23. *Sextus Africanus præter nobilem illam Chronologiam, quam Eusebius exscripsit, etiam reliquit libros IX, quos Κεσαν * inscripsit. In iis res tractabat medicas, physicas, rusticas, & chymicas. Eos libros dedicavit Alexandro Mammeæ filio.*

* Cæſerü.

Auctor horum Eusebius lib. I Chronicorum. Plura de eo diximus lib. I I de Historicis Græcis cap. xv.

§.24. *Sub Maximiniano Herculio, ut ajunt, vixit Theodorus Priscianus, sive, ut aliis in libris vocatur, Octavianus Horatianus.*

De quo in Valentiniæ Cæs. temporibus dicemus. Primo eruisse videtur Nicolaus Leonicensis, ac brevi se editurum receperat; ut liquet ex ejus libro de Plinii erroribus *.

* pag. 20.

§.25. *Constantii & Iuliani Caesarum temporibus fuit Zenon Cyprius, Iuliani & Proaresii sophistarum aequalis.*

Διδασκαλίας πολυύμνητον illi tribuit Eunapius in ejus vitâ.

§.26. *Ejus-*

§. 26. *Ejusdem Iuliani, item Valentis & Valentiniani temporibus fuit Philostorgius medicus.*

Αἰας & ἰατρῶν, princeps medicorum dicitur cognomini Philostorgio lib. VIII Historiæ Ecclesiasticæ cap. x.

§. 27. *Ejus filii, itidem medici præstantes fuere Philagrius & Posidonius.*

Auctor ibidem Philostorgius: Meminit & Philagrii hujus Suidas. Etiam ex ejus libro de Potionibus suavis quædam ab Oribasio adducuntur Medicinalium collectorum ad Julianum Imp. lib. v. cap. xvi. Etiam lib. iv Synops. remediū ex eo adducit ad erosiones oris. Malagma etiam ex eo refert Paulus Ægineta lib. vi. cap. xviii. Variæque ex eo memorat Aëtius tetrabibli. i. serm. ii. cap. ciii. cv. cvi. & tetrabibli. i. serm. i. cap. cx. Ac fortasse, ut rectè Gothofredus in eruditis ad eum scriptorem notis observat, nec alius fuerit Philagrius ad quem plures sunt Nazianzeni epistolæ. Sanè tempora conveniunt, & Nazianzenus ei medicinæ peritiam tribuit epist. lxxv. Pluraque inibi Gothofredus ex Codice Theodosiano, Ammiano, & Suidâ, qui meminit Philagrii, medici Lycii Macrensis. Hæc de Philagrio.

Philagrio, ut dictum, frater erat Posidonius: quem sibi visum esse inibi dicit ibidem Philostorgius. Atque addit fuisse in arte suâ eximium: sed in eo jure reprehendi, quod soleat dicere, ἔχι δαιμόνων ἄνθρωποι ἐν βαχχιδεῶν, ἕξων δὲ τινων κακοχυμίων τὸ πᾶσι ἐργάζεσθαι· μηδὲ γὰρ εἶναι τὸ ὁμοίαν ἰσθὺν δαιμόνων, ἀνθρώπων φύσιν ἐπιεράζουσιν. Non demonum vi homines debacchari, sed humorum quorundam cacochymiam, hunc affectum operari: nullam quippe demonum vim esse, qua naturam hominum damno afficiat. Ac convenit cum istis, quod incubum negabat esse dæmonem: ut est apud Aëtium tetrabibli. i. serm. ii. cap. xii. Quod si nihil aliud quàm illud de incubo dixerit Posidonius, immeritò à Philostorgio reprehenditur. At jure culpatur, si omnino negabat esse ullos dæmoniacos. Meminit Posidonii quoque Ægineta lib. vi. cap. iii. a. Imò idem videtur ac is, qui Suidâ teste scripsit παλμικὸν οἰωνισμόν: quo quid significetur, expono in variis Divinationis generibus.

apag. 614
in voce
Arnabo.
B in Πέ-
σδάνω.

§.28. *Zenonis Cyprii, de quo antea dixi, discipulus fuit Oribasius Pergamensis.*

Is Juliani necdum Imperatoris medicus fuit, multumque contulit ut ad imperium eveheretur: eo autem defuncto à consecutis Imperatoribus Valentiniano I. ac Valente omnibus spoliatus est bonis, nec contentis in exilium misisse, in hostilem ejectus est terram, ut ab iis necaretur, quod ipsos facere pudebat: sed cum magno esset in honore apud barbaros reges, ac ingens viri desiderium in Romano imperio, ab Imperatoribus est revocatus, prioresque opes recepit. Hæc fusiùs Eunapius, qui & superseritem ait, quo tempore ista scriberet.

§.29. *Iuliani quoque ac Valentis temporibus claruerunt Magnus Antiochenus, & Ionicus Sardinus, Zenonis isidem discipulus.*

Eorum quoque vitas descripsit Eunapius. Ac præterea meminit Magni in vita Zenonis, & Oribasii. Sed & Philostorgius memorat lib. VI II. Hist. Ecclesiasticæ cap. x. & Myrepsus Alexandrinus de antidotis sect. I. cap. xxxv. Scripsit de Dignoscendis urinis, ut docet Theophilus præfat. lib. de Exacta urinz notitia. Ait verò Magnum illum, hominem philosophum, vel sophistam, (quo nomine & ab Eunapio meruit, ut vitam ejus scriberet) doctrinam de urinis mutilam tradidisse, multaque ægypticâ præterire: pulchrè quidem ratiocinari, sed sine experientia, quæ artium est mater.

§.30. *Etiã Aëtius Amidenus Iuliani ac Valentiniani temporibus ac deinceps vixit; junior aliquantum Oribasio: priores medicos, imprimis Galenum in compendium contraxit lib. XVI I.*

Præterea Græcè in bibliotheca Galliarum Regis (ut in Nomenclatore suo ait Rob. Constantinus) exstat Aëtius Græcè de Oculorum affectibus, de Intemperie & Infirmirate hepatis, deque his, qui ex stomacho sanguinem revomunt. Planè autem confundi arbitror cum Aëtio Arriano, præceptore Eunomii ejus, Cyziceni episcopi, contra quem scripsit S. Basilius, Siquidem hære-

hæreticus hic ex Apama Mesopotamiæ fuit, neque unquam Medicus à veteribus dictus, etiam Constantini M. & Constantii temporibus imprimis claruit, licet pervenerit ad tempora Juliani. Diaconus etiam à Leontio fuit ordinatus. Medicus verò maximè sub Juliano fuit, ac Valentiniano I, ac Valente fratre, credo & Valentiniani I liberis, Gratiano ac Valentiniano II.

§. 3. 1. *Iulius Ausonius Vasatensis medicina caussa in palatium arcessitus fuit à Valentiniano seniore: etiam præfectura Illyrici ab eo ornatus: pater Decii Magni Ausonii Burdigalensis poëtae.*

Reliquit libros de Medicina: quibus se adjutum Marcellus Empiricus agnoscit in operis sui præfatione. Hujus Ausonii dictum illud celebratur: *Beatum esse, non qui habet, qua cupit; sed qui non cupit, qua non habet.*

§. 3. 2. *Sub Valentiniano floruit quoque Vindicianus.*

Fuit is Comes Archiatrorum. Epistola ejus ad Valentinianum imperatorem, exstat in operibus Marcelli Empirici.

§. 3. 3. *Sub Gratiano fuit Octavius Horatianus, qui libros duos de Curationibus morborum reliquit, unum de Aegritudinibus mulierum, unumque Experimentorum.*

Ætatem ex eo cognoscimus, quia se discipulum dicat Vindiciani, qui *ἄρχιατρός* fuit imperatoris Valentiniani. Verùm nonnulli hosce libros tribuunt Theodoro Prisciano. Sub Octavii sive Octaviani nomine exstant hi libri. Logicus, de Curationibus omnium ferè morborum corporis humani, ad Euporistum: De acutis, & chronicis passionibus, ad eundem, Gynæcea, de mulierum accidentibus & cùris eorundem, ad Vistoriam. De Physica scientia, Experimentorum liber ad Eusebium filium.

§. 3. 4. *Theodosii M. ætate claruit Marcellus Burdigalensis: cujus sunt libri de Medicamentis empiricis, physicis, ac rationalibus.*

Illustris dictus, ac Theodosio M. à consiliis fuit. Vulgo Empiricus.

piricus vocatur : nec mirum , quando remedia etiam collegit à rusticis ac plebeiis hominibus experimentis comprobata : ut ipse in Præfatione operis refert.

§. 35. *Iustiniani Magni temporibus claruit Alexander Trallianus, Dioscori itidem Medici filius. Scripsit Alexander Therapeutica singularum corporis partium.*

Anthemius Trallianus excelluit in machinis fabricandis ; frater ejus Metrodorus Grammaticus fuit insignis ; Olympius egregius Jurisconsultus ; Dioscorus Medicus, cujus artis peritiæ documenta dedit Trallibus ; Alexander verò in veteri Roma habitavit, eò honorificè arcessitus. Testis horum Agathias lib. v.

§. 36. *Anno cclx. ac deinceps, claruit ille πολυγραφήτας Michael Psellus : qui inter cetera reliquit libros duos, Constantino Duce dicatos, de Victus ratione, deque Facultatibus & succi qualitate elementorum.*

Latine vertit Georgius Valla. Excudit Basileæ Andr. Cratander anno clo lxxix. Pessimè translatum esse, conqueritur Lilius Gyraldus * : qui propterea non multum fuit adjutus ea interpretatione, cum verteret Simeonem Sethum, Antiochenum magistrum, de Cibariorum facultate. etsi idem sit liber, ac solum Psello quædam adjecerit Simeon Sethi. Unde & sic quandoque inscribitur, *Σύνταγμα ἐπὶ τροφῶν δυνάμεων ἔ Ψελλῶ, καὶ Συμεῶν ἔ Μαγίστρου. Syntagma de alimentorum viribus Pselli, & Simeonis Magistri.* Etiam Medicinale, nec non in Galeni explicationem quatuor librorum resolutionis Hippocraticæ dicitur scripsisse. Memoratur utrumque opus in Catalogo Grammatico, qui est apud Antonium Verderium in Supplemento bibliothecæ Gesnerianæ. Prius opus inscribitur *ἱατρικὸν πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν πορφυρογέννητον. Medicale ad Constantinum Porphyrogenetam.* Incipit hoc opus ; *ταῖς θεωρηθείσας ἰητικὰς ἀρχὰς τῆς θεϊότητος. Que jussus eram compendia scribere à vestra divinitate.* Leo tamen Alatius, dissertatione de Psellis *, negat esse inclyti illius Michacilis Pselli, quia neque in eo sit agnoscere Pselli in dicendo acrimoniam, nec in ré expedienda solertiam : ac tempora etiam obflare, sive is Constantinus Porphyrogenetes sit primus, sive secundus,

* epistolâ quam Simeoni Sebæ præmisse.

* pag. 89.

cundus, qui cum Basilio imperium tenuit. Agnoscit interim *librum esse non contemnendum ac sæpè sua brevitate expeditum, & remediis à probatissimis scriptoribus delectis transcriptisque, idque populari loquendi forma.* Egit item de Novis morborum appellationibus, qui liber exstat in bibliotheca Regis Christianissimi. Idem *Ἐπι χρυσουμιτιας* sive de conficiendo auro librum misit ad Michaëlem Cerularium, Patriarcham Constantinopolitanum. Eum inter Græcos codices repertum, ac manu sua descriptum, Lilius Gyraldus cum epigrammate, quo opus id commendaret, Joanni Pico Mirandulæ misit. Ut ipse Lilius testatur dialogismo VII. Atque hinc est, quòd crebrò ejus operis mentio fiat à Ioanne Pico Mirandulano in libris de Auro; ac præcipuè lib. I. Democriticæ & Abderiticæ sectæ cap. 11.

§. 37. *Anno c10 claruit Ioannes de Mediolano, qui nomine collegii Medici Schola Salernitana versibus Leoninis conscripsit librum, qui in vett. codd. inscribitur, Medicina Salernitana, sive de conservandâ bonâ valetudine; item Regimen sanitatis Salerni, vel etiam Flos Medicinæ.*

Videtur autè is liber longè auctior initio fuisse; nempe versuum c10ccxxxix, sicut à Ioanne Georgio Schegkio in bibliotheca medica proditum est. At in vulgatis libris solum ccc lxxxi i. reperiuntur. Sunt tamen qui habeant 10 clxiv, vel etiâ c10xcvi. Anglorum is rex, cui opus id dedicatum, fuisse videtur Robertus Normanniæ primogenitus Guilielmi Nothi, sive Conquæstoris, Normanniæ Ducis. Ac scriptus videtur, cum is Robertus è Palæstinâ in Apuliam rediisset, & ob fistulam è vulnere venenato, de eâ, & valetudine tuendâ, consulisset Salernitanam scholam. Nec obstat, quod liber hic scribatur Anglorum Regi, at Robertus non regnavit in Angliâ. Nam regnum ei debitum, quod eo absente minor natu frater Guilielmus Rufus occupavit. Ac pro eo recuperando bellum gessit cum fratre Guilhelmo; sed ab eo victus fuit. De quo pluribus Rénatus Moreau in Prolegomenis eruditarum Animadversionum, quibus memoratum opus illustravit.

O

§. 38. Anno

§. 38. Anno cō cclxi Demetrius Pepagomenus à va-
letudinis curâ erat Imperatori Michaëli Palæologo :
cujus jussu scripsit librum de Podagrâ.

Græcè, Latineque Parisiis edidit Guil. Morelius. In quibus-
dam codicibus tribuitur Psello : sed perperam. Nam ille vixit
sub Imper. Michaële Ducâ, quasi ducentis annis ante hunc Mi-
chaëlem Palæologum.

CAP. XIII.

DE MEDICIS GRÆCIS IN-
CERTÆ ÆTATIS.

HActenus de iis, quorum ætas scitur. Nunc subdam pluscu-
los Græcos quorum tempus nescitur, non eorum modò
qui antiquiorum fuerint temporum, sed pauculos etiam
juniorum, verùm clari solùm nominis. Digeram utrosque *ἔ*
συχία.

Actuarius, Joannis Zachariæ filius reliquit de Actionibus &
affectibus spiritus animalis ejusque visu libros.ii : De Urinis.
lib.vii. Methodi medendi lib.vi. De Medicamentorum com-
positione lib.i. Fuit quidam Actuarius, qui tempore vixit Con-
stantini Ducæ : ut cognoscimus ex Michaële Psello, qui reliquit
Μονωδιαν εἰς τὴν ἔκκυσσιν Ἰωάννου ἀδελφῆν. Monodia in sororem.

*. *Differ-* Joannis Actuarii. Eam Leo Allatius reponit * in iis Michaëlis.
tationis de Pselli libris, quos ipse vidisset, aut legisset.
Psellis pa.

80.

Agapius Alexandrinus, à puero literis excultus, Byzantium
profectus docuit Medicinam, ac ob ingenii, & artis præstantiam,
non modò nomen, sed grandes etiam opes acquisiuit ; ut nar-
rat Suidas.

Apollonius Herophileus scripsit *ἑὶ μύρων*, & *διπλεσι φάρμα-*
κα : prioris operis meminit Athenæus lib. xv : posterioris Gale-
nus de Compos. med. per partes lib. i i i, & alibi.

Apollonius Memphites *ἑὶ ἄρθρων* scripsit, teste Erotiano.
Nominat & Cælius Aurelianus lib. i i i. cap. vi i i.

Apol-

Apollonius Pergamenus Medicus ac Rei rusticæ scriptor, inter R. R. scriptores memoratur Varroni ac Columellæ, utrique lib. 1. cap. 1. Meminit & Oribasius lib. 1. *Ευπερίων*: Tibias scalpelli jube, sicut Pergamenus Apollonius fieri suadet iis, qui opus habent sanguinem detrabere.

Apollonius Pitaneus itidem medicus. Plinius lib. XXI. cap. VI: Suffusionem oculorum canino felle malebat, quam hyana, curari Apollonius Pitaneus cum melle.

Apollonius ὁ δὲ Στραγγίτων^a scriptit *Ἐπισφυγμῶν* b. Memorat Galenus lib. IV. de Pulsuum differ.

^a Stratonius.

^b De Pulsu.

Apollonius ὁ Κιτιεύς*, medicus scripsit *Ἐπισφύρων*, item *περὶ ἑπιληπτικῶν*. Mentio ejus est apud Strabonem extremo lib. XIV: item Erotianum, qui operis meminit *Ἐπισφύρων*; uti alterius de Epilepticis Cælius Aurelianus lib. 1. Tardarum passionum cap. IV.

^{* Cittiensis.}

Apollonius quidam *Ἐπισφύρων* memoratur Scholiastæ Theriacorum Nicandri, & Oribasio præfatione *Ευπερίων* ad Eunapium.

Apollodorus Cittieus, & Apollodorus Tarentinus Medici in remediis citantur Plinio, Cælio Aureliano, Galeno, Dioscoridi, Alexandro Tralliano, & reliquo Medicorum veterum choro. Et fortasse horum alteruter est, de quo Plinius refert, volumine quodam perscripsisse Ptolemæo regi, quæ vina biberet.

Aræteus Cappadox. De hoc jam nonnulla superius diximus. Vertit eum Julius Paulus Crassus, ac translationem suam edidit anno c1010LI. Sed vitiosis usus codd. mentem scriptoris non semper est affecutus. Postea longè castigatiùs & auctiùs is scriptor Græcè & Latine prodiit Augustæ Vindelicorum. Sed & Crassus tum suam translationem ad incudem revocavit: nempe anno c1010LV. Edidit eam Basileæ Perna cum Rufo, Palladio, & Theophilo, anno c1010LXXXI. Hujus quoque incerta est ætas, constat tamen esse antiquissimum, & falli Georgium Henischium, qui illum existimat vixisse post Plinium, eo argumento quòd Plinius nullam ejus fecerit mentionem: at falli Henischium, & vetustissimum esse hunc Aræteum, ac florentibus Græciæ opibus vixisse, unum argumentum hoc satis sit, Jonis-

mus,

mus, isque vetustissimus, quo utitur. nam certè dñi ante Cæsariana tempora Jónismus & Dorismus in scriptis desierat.

*Desunt hic multa in autographo
Auctoris.*

Mnesitheas memoratur Galeno libro primo ad Glauconem.

Nicolaus Myrepsus, qui Præpositus dici solet, est ex Græcorum recentissimis Medicis. Nam citat Mesuem Arabem medicum, qui claruit anno cto clv, sub Frederico Barbarossâ. Et vel barbariss multorum vocabulorum indicat ætatem. Accuratè tamen quo seculo vixerit, dicere, non possumus. Superest ejus liber de Compositione medicamentorum particularium secundum genera κατὰ συγγένειαν *. Cum verò admodum recentem esse constet ex iis, quæ diximus, jure Conradus Gesnerus, sive Eudonymus Philiatros in præfatione Thesauri sui de Remediis occultis miratur non fieri ab eo mentionem aquarum vel oleorum chymicorum instrumentis paratorum. Solum enim meminit olei capnisti; quod & memorat Aëtius.

* Ordine
literarum

Palladius Sophista, Græcè docuit medicinam: atque ex ejus voce exceptus exstat commentarius in lib. vi. Hippocratis de Morbis popularibus. Eum Græcè ex bibliothecâ Joannis Sambuci Pannonii attulit Hieronymus Mercurialis. Ab hoc habuit Junius Paulus Medicus & Professor Patavinus, qui, ut alia complura, Latinè vertit: ab obitu ejus divulgavit filius Celsus Crassus.

Paulus Ægineta dictus à patriâ, Græciam, totasque alias discendi gratiâ obivit: posteaque Galenum utili septem librorum compendio constrinxit: in quo nihil ille proprium attulit. Utrum Trallianum præcesserit, an sit secutus, non satis est apertum. Illud constat, alterum ex altero non pauca ad verbum adscripsisse. Mirum non satis constare de tanti viri ætate. Nam omnium Medicorum post Galenum longè doctissimum fuisse, judicium est Remberti Dodonzi in historiâ Frugum cap. v, quod est de Typhâ Cerealiæ. *

* Fol. 19.
b. edit.
Antwerp.
A. 1552.

Phi-

Philistion Eocrensis citatur ab A. Gellio lib. xvi. cap. xi. Ali-
qui eum auctorem putant libri Hippocrati attributi, qui de Diæ-
tâ inscribitur. Fortasse autem idem est, ac Philistio Siculus:
qui circa Olym. cv. vixit: ut superius dictum.

Praxagoras librum reliquit de Supervenientibus & naturali-
bus: quem variis locis citat Galenus. Etiam de Veneno Pha-
rico scripsit; ut scimus è Scholiaste Nicandri. Plinius quoque
libro xx. ac septem sequentibus, ejus meminit: ac satis ex eo
constat varia de herbis tradidisse.

Stephanus, Atheniensis philosophus, explanationes edidit in
Galenii librum priorem Therapeuticum ad Glauconem. Latine
vertit Augustinus Gadaldinus Mutinensis. Basileæ cum Are-
tæo, Rufo, & aliis, edidit Perna anno cl. l. lxxxv. In præfa-
tione Theauri Euonymi Philiatrisive Conradi Gesneri mentio
fit Stephani philosophi, ut unius è recentioribus scriptoribus
Græcis: diciturque de Chemiâ scripsisse. Non dubito, quin
idem fuerit.

Theophilus Græcè de corporis humani fabricâ scripsit li-
bros v. Junius Paulus Crassus medicus & professor Paravinus
reddidit Latine.

Xenocratis existat Græcè liber de Alimento ex aquatili-
bus: desumptus ex Oribasii Collectionis lib. ii. cap. lvi. Meminit
Xenocratis Galenus lib. x. de Facultatibus simpli-
cium medicamentorum, cap. de Sanguine vespertilionis, & lib.
v. de Compositione secundum genera.

C A P U T XIV.

DE MEDICIS ILLUSTRIBUS INTER
ARABAS SCRIPTORES.

POST Græcos medicos magno numero, paucos etiam Lati-
nos, visum aliquot Arabas subungere, sed ex ingenti co-
piâ solùm qui Latine redditi sint, imo nec hos universos,
sed duntaxat, quorum nomen præcipuè viget inter medicos
Christianos.

Sub Conrado II, & Henrico III. claruit Aboali Abin-

sceni, sive ut vulgo dicimus, Avicenna. In Balech oppido natus fuit patre medico insigni, anno Hegiræ ccc lxx. hoc est anno Christi 13 cccxcii. Vixit annos lviii, ut mortuus sit anno Muhammedis cccxxviii, sive Christi clj l. Atque hæc cognoscere est ex vita Avicennæ, quam unus ex ejus discipulis, & ipse Arabs, scripsit. Quare toto seculo decepti sunt, secundum quos (in iis est Neander Bremenfis) Avicenna Cordubæ Averroëm, Alexandriae audivit Rhasin in adolescentiâ. Multa quoque alia de hoc ipso narrant, ut qui rotæ ab Averroë fuit impostus. Verum quam hæc sint falsa, adparet ex supradictis, & præcipue ex scripto Leonis Africani de doctis Arabibus, ubi utriusque vita fuse describitur. Omnem medicinam methodo ordinè optimo complexus est, ita ut hac parte etiam exsuperet Galenum. Huic debemus costuram Sacchari; item cassiam fistularem, myrobalanum, tamarindam & rhabarbarum. Transtulit Avicennam Latine Gerardus Cremonensis in urbe Toletanâ. Exposuit Gentilis Fulginas ab industriâ suâ cognomentum nactus Speculatoris. Compluria quoque ex Arabico transtulit Andreas Alpagus Bellunensis, philosophus ac medicus doctissimus, qui jam grandis ætate, comite fratris filio adolescente, Cyprum, Syriam, Ægyptum, ac penè universum adiit orientem, idque ut linguam Arabicam penitus addisceret, ac optimos ejus linguæ codices domum referret. Subitâ morte defunctum epigrammate laudavit civis suus doctissimus Pierius Valerianus, cujus Hieroglyphica habemus. Quàm verò abjectè quidam de Avicennâ senserint, ostendit Joannis Manardi de eo judicium lib. 1 x, epist. v. *Non esse inter antiquos numerandum, sed nec inter auctores, hoc est, qui Arti aliquid addiderunt, cum ex aliis ferè verbum ex verbo acciperit, quicquid in suum librum congescit, atque cum multis, vel sui, vel interpretum culpâ, mandis.* Atque idem lib. 1. epist. x. ait. *Quis Avicennam ceu caeleste numen non adoravit: in cujus tamen libro præter densam caliginem infinitum est ambagum chaos.* Nicolaus Leonicensis, lib. de Erroribus Plinii, nec tyrannum dubitat vocare, variosque ei & noxios objectat errores. Nec minus alii insultant. Cæsar tamen Scaliger divinum virum appellat comment. in primum Theophrasti Histor. Plant. * Henricus Savilius Lecturâ secundâ in Euclidem: *Avicenna*

* pag. 15.
a pag. 35.

AVI
CENNA

*cenna primus Artem conscripfit, cum antea Galenas sparsim per occasio-
nem de diversis argumentis pro re natâ disserasset.*

Circa annum clō CLV III (ut in præfatione * *Theauri sui de* * pag. 12.
Remediis secretis putat Euonymus Philiatros, five *Commodus*
Gesnerus) claruit Joannes Mesue Damascenus, qui duos Ara-
bicè libros reliquit: prior continet Canones universales: poste-
rior est de Simplicibus. Hic ante sesquiseculum tantæ existitit
venerationis, ut magnæ etiam autoritatis Medici eum dicerent
suum Euangelistam. Sed libros ejus esse Sibyllæ foliis obscu-
riores, multosque continere errores, ostendit Joannes Manar-
dus, quem vide lib. 1. epist. 1. ubi inter alia ait, nec bonum esse
Galenistam, nec medicum bonum. Sed imprimis perutile sit
cum Joanne Mesue conjungere censuram summi ejusmodi viri.
Manardi dico, tum eam, quæ in Medicamenta simplicia, tum
quæ in composita utraque viginti ejus Epistolarum libris sub-
jungitur*. Nihil quod sciam de hoc Mesue inter Christianos * *Echt.*
constat, cum tamen Christianus fuerit. Itaque operæ pretium *Lugd. an.*
esse existimo adscribere verba Leonis Africani ex scripto de do- *1549-*
ctis Arabibus, præcipuè quia liber iste necdum lucem ad-
spexit.

Ioanna, filius *Mesueab*, natione Chaldæus, fide Christianus è
Nestorianorum secta, natus est in quadam villa Ninive propin-
qua. Exiit è patria ad Civitatem Bagdad, Patriarcham ibi
compellaturus, ut in ordinem Clericorum ab eo adscisceretur.
Vix igitur prædictam civitatem ingressus, novum orbem sibi
invenisse videbatur, eò quod multos Christicolæ, Mahumeda-
nosque, liberalibus artibus illic loci incumbentes animadverte-
ret. Decrevit itaque studiorum causâ illic aliquamdiu confi-
stere. Quippe morari in patria sua vile, & non proficuum ar-
bitratur ob nimiam suæ gentis simplicitatem. Brevi igitur
isto tempore, quod ibi moratus fuit, multa addidit: ac flo-
rere postmodum cœpit in Medicina, Philosophiâ, & Astrolo-
gia. Erat tum temporis Calipha Rafid ejus nominis XXI I,
Mahumedanus, qui mittere volebat eâ tempestate filium suum
in locum aliquem fortem: nec magnitudine, nec humanitate ulli
alii secunda erat, hæc dives opum, hominumque sapientissimorum
provincia. Filio isti nomen erat *Ehdullab*; cognomen, *Mamon*. Dis-
cedere

cedere itaque volenti Mamoni, præcepit pater, ut comites sibi legeret homines virtuti deditos. Vocatum qui sibi esset à secretis Mamon, iussit tales inquirere, repertisq; stipèdia, quæ meritis respondere censeret, assignare. Complures verò ut non unius scientiæ, sic nec unius regionis, ac linguæ is adduxerat; literis enim Græcis alii, alii Perficis, nonnulli etià Chaldaicis literis operam dederant. At verò cum vidisset Consiliarius, sive Oeconomus ingentem hunc hominum numerum, Domino suo Mamoni dixit: Domine mi, Huic numquam genti inter se conveniet, sive morum, linguarum, & scientiarum: sive fidei discrepanciam spectes. Quod si ita tibi visum fuerit, facillimè unum hominem, qui solus hæc omnia præstet, & curet, inveniam. Demiratus hoc ipsum Mamon: Agedum, inquit, si fieri id posse tibi videatur. Vocatum itaque Joannam hunc, Mesuah filium, notum sibi, ac intimè familiarem coram Mamone stitit Oeconomus. Is verò ad Mamonem ingressus, illum ut virum summæ autoritatis, prudentiæ, atque sapientiæ, salutavit. Fecit de eo periculum Mamon; cumque hominem multâ scientiâ imbutum, omnibusque parem esse animadvertisset, honore eum affectit; eique de omnibus in itinere necessariis prospiceretur, iussit; secumque sic duxit ad Chorazanum. Haron autem Rasid Calipha ubi id novi accepisset, filio nunciari iussit: Quid Christianum hunc inter tuos in aula & habes & foves? Respondit verò Mamon; Reverende mi Pater; Non eum ut Capellanium mihi legi, sed ut artificem: & numquid non videt sublimitas vestra, quàm maxima artificum in imperio vestro pars, aut Christianos, aut Judæos se profiteantur? Textores volo, tonsores, sutores, & id genus hominum. Acquievit huic responso Rasid. Post mortem verò Rasid filius ejus natu maximus in Chalipham electus fuit, cui nomen erat Elamin, ut nullius scientiæ, sic pessimæ vitæ atque exempli homo: adeò ut populus Bagdad, & regni princeps ad prædictum Mamonem aliquem ablegarent, rogatum, ut Bagdad rediret ipse: Frater enim tuus, inquietabant, talem non meretur dignitatem. Recessit ex Chorazano Mamon, exercitu instructus; brevique post Bagdad pervenit, eamque post semestris spaciū obsidionem vi cepit; interfectoque in istoc militum furore Elamini suffectus est, & Chalipha

lipha factus. Iste Mamon immanè quanto desiderio antiquiorum scientias addiscere avebat : maximè cum eo tempore de nulla scientia quid Arabicè conscriptum videret. Adeoque dictus Mamon congregavit complures, qui diversas linguas edoceri essent : quæsitque ex iis tum autorum, tum librorum nomina, qui qualibet linguâ, Græcâ, Persicâ, Chaldæâ, atq; Ægyptiâ conscripti exstarent. Recensito itaque ingenti voluminum numero, multos ex iis, quos sibi familiares habebat, in Syriam, Armeniam, atque Ægyptum misit, libros sibi nominatos emptum; quorum sarcinas infinitas dein emptas attulere. Discretos itaque bonos, atque utiles, in Medicina, Physica, Astrologia, Musica, Cosmographia, Chronologia, describi, & transferri in linguam Arabicam iussit. Versionis autem Græcæ curam prædicto Joannæ, Mesuah filio, demandavit, quoniam illo tempore Christicolæ Græcis studebant literis, adjunctis ei quampluribus aliis. E lingua verò Persica, Mahan, dictumque Mesuah, ejus jussu, Galeni medica opera transtulere : quibus absolutis omnia Aristotelis opera Arabicâ linguâ ab iis, multorum etiam aliorum ope adjunctis donata sunt. At verò cum objiceret quis Mamoni : Quare confidis hoc opus uni Christiano? respondit Mamon; siquidè committo ei curam corporis mei, quo habitant & spiritus & anima, quidni ei confidam aliquorum ad aliquos verba, nec ad nostram, nec ad ejus fidem spectantia. Memorat Geuzi historiographus, de Civitate Bagdad, quod, ductis ad scientiâ pertinentibus libris, residui decreto Mamonis, fuerint combusti. Refert etiam Ibnu Giulgul, in vita Philosophorum; Mamonem fuisse omni virtutum genere ornatissimum, earumque amantissimum. Ascendit verò Joanna ad summas dignitates, multisque ob id aulicis invisus fuit. Denique Mamon eum in carcerem duci iussit, plurima ab invidis sibi imponi passus. post multa verò hinc & inde gesta solutis brevi spatio in redemptionis precium centum aureorum millibus, libertati redditus est. Cui postea dixit Mamon; Quomodo tam brevi invenisti tantam pecuniarum quantitatem? respondit; Domine, si me liberè eloqui permiseris, narrabo. Respondit Mamon : sis securus. Nec domos, inquiebat ille, nec vineas vendidi; sed totum id habeo eorum beneficio, qui meo rogatu

munus aliquod obtinere. Tum verò regessit Mamon, si ego centum aureorum millia à te accepi, faciam, ut duplum lucreis. Mortuus est autem Joanna Mesuah ætatis fuit anno octuagesimo, petiitque, ut post obitum corpus ejus in villam, unde natus erat, sepeliendum transferretur.

Nota verò, quod Ioanna sit Hebræis, qui Latinis Ioannes Mesuah autem dicitur Moyse, secundum regulam diminutivorum Chaldæorum. Hastenus Leo.

Ejusdem ferè ætate (ut Euonymus sive Gesnerus tradit) vixit Bulcasis Benaberzerin, qui aliquibus articulo addito Albulcasis vocatur. Scripsit de Præparationibus medicamentorum: in quibus & nonnulla remedia ex arte chymica, sive illa, ut vocant, sublimandi in alembico, ac destillandi in diplomate, sive Mariæ Balneo.

Frederici Barbarossæ temporibus claruit Aver-roes Cordubensis, cognomento Commentator, medicus non tam practicus, quàm theoreticus. Fuit medicus Memarolini regis. Ætatem ex eo colligimus, quòd Agidius Romanus in Nono Quotlibeto refert se duos ejus filios vidisse in Aula Frederici Barbarossæ. Is verò regere cœpit anno c10 c111, ac imperavit annos xxxvii. Verum quia Christianis pauca admodum de hoc Averroes comperta sunt, eaque multis erroribus permixta, operæ pretium est, vitam ejus ex scripto inedito Leonis Africani hic inferere.

Desunt.

Isaac Benimiram Salomonis filius vixisse circa Averrois tempora dicitur à Neandro Bremensi. In Philosophia scripsit de Definitionibus & Elementis; in Medicinâ de Victus ratione, febribus, urinâ, diætis. Fuit medicus cubicularius Salomonis Arabiæ Regis.

Circa annum c10 c1 xv, ad deinceps claruit Rabbi Moses Filius Maimon, qui ab initialibus vulgo dicitur Rambam. Natus anno mundi, (ex computatione Hebræorum) quater millesimo octingentesimo nonagesimo primo, ut censet R. Abraham Zachut in libro Iuchasin*: vel quadriennio post, ut censet R. Isaac in libro Iesod

* fol. 131.
vol. 2.

Jesod olam. Prius sit anno Christi c^o cxxxii, alterum c^o cxxxv. Hic est ille, de quo Elias Levita in præfat. prosâ libri *Thiebi* ait illud esse pervulgatum inter Iudæos: *A Mose (legislatore) ad Mosem (Maimonidem) non surrexit sicut Moses*: puta hic Maimonides. Ac summi etiam inter Christianos viri ita iudicant, ut Plinius olim de Diodoro Siculo dixit, primum desisse inter Græcos nugari: ita de hoc Maimonis filio dici posse, primum desisse nugari inter Iudæos. Vix dici possit quàm varia partim Arabicâ, partim Hebræâ linguâ reliquerit in omni penè studiorum genere. Quorum & aliqua Latine reddita. De idololatria id factum à desideratissimo filio meo Dionysio, qui & uberi eam dissertationem commentario illustravit. Sed nihil præstantius Maimonidæ Doctore perplexorum, quem vertit summus in Orientalibus linguis vir, præclaréque de Rep. literaria meritis Ioannes Buxtorfius, dignus cognomine Patre filius. Medicus fuit Regis Egyptii: ubi quæ fuerit ab invidis perpeffus, cognoscere est ex Chronicis R. Gedaliah. Etiam varios in arte Medica libros perscripsit. Ex quibus cognoscere est, sedulè etiam Aristotelem, Platonem, Galenum, Themistium, atque alios ab eo lectos. Septuagenarius obiit, sive in Palæstina, sive in Ægypto. Nec enim super eo consentiunt scriptores. Plura autem si de inclyto hoc scriptore voles, clarissimum adi Buxtorfium juniorem in præfatione luculenta, quam memorato libro *MORE NEBOCHIM* præmisit.

De Maimonide hæc Leo Africanus scripto de doctis apud Arabes: *Natus est in urbe Corduba, ac fuit Philosophus, Medicus, Astrologus & Theologus, secundum Rabbanum, quasi secundum opinionem Asticiarum: quas disciplinas & scientias didicit & audivit ab Ibnu Thophail, & ab Ibnu Saigh, & etiam ab Averroe. Cum autem Ibnu Thophail ejus in studiis diligentiam perspexisset, eum Averroi commendavit: ut in necessariis subveniret ei, & si quando opus foret, manum praberet, atque auxiliaretur. Quoniam Ibnu Thophail eum in illis scientiis multa præstaturum prvideret. Hunc Ibnu Thophail usque ad mortem ejus audivit Moyses: Averroem verò, usquedum gratiâ Principis sui excidisset, atque inter Iudæos commorari jussus esset. Tunc enim prædictus Moyses aufugit, veritus, ne eum revelare cogereetur, siquidem omnes cum Averroi familiarem scirent. Ob amicitiam igitur maluit discedere; Petiit verò cum suis*

Almeriam. Navim verò ingressus ad Chairam profectus est, ubi in servitorem à Malich Elhadul Aegypti Soldano receptus fuit. Postea verò operam suam addidit Malich Essalech, & multo ab eo honore affectus est. Ibi in Chaira ad mortem usque moratus est, ac reliquit filium unicum, patri suo in doctrina aequalem. Obiit verò anno sexcentesimo quadringentesimo. Hastenus Leo, cujus verba, quia necdum lucem videntur, integra adscripsimus.

Joannes Serapionis filius vixit, paullo post annum septingentesimum: ut voluit Ioannes Manardus, quando epistolarum Medicinal. lib. xv. epist. v, quæ est ad P. Nicolaum Castellanum *, Serapion ei dicitur annos supra ferè sexcentos Galenum fecerit. Vixit autem Galenus temporibus Antonini Cæsaris. Etiam Neander in Syntagmate illustrium medicorum ait, eodem quoque tempore vixisse Constantinum Africanum; nempe ætate Leonis Isauri, h. e. anno 10 cclxxv. Sed fallitur. Nam Constantinus vixit anno 10 c10 lxx, ut postea dicemus. Idem Neander tradit eodem in opere * Ioannem Alexandrinum Serapionem vixisse circa Trajani tempora: Serapionem autem, dictum quasi roseum, Romæ fecisse medicinam; scripsisse commentarios in libros Epidemion. Quanto erat satius dicere, esse incertæ ætatis scriptorem? Scripsit Medicinam Practicam, quæ Breviarium inscribitur. Vertit Andreas Alpagus. Item commentaria de Simplicium medicamentorum facultatibus. Transtulere Abraham Iudæus, & Simon Ianuensis, sive potiùs Genuensis. Verùm cum tralatio ea foret barbara & intricata aded, & perplexa, ut intelligi difficulter posset, Nicolaus Muttonus, Medicus Mediolanensis, non inutilem aggressus est laborem. Nam contulit cum Græcis, præcipuè, Dioscoride, Galeno, & Ægineta, atque inde innumera emendavit, magisque Latinè ac perspicuè loquentem induxit: appellationes etiam Arabicas, Græcas, Latinas, quæque in officinis, ac apud Italos, Gallos, Hispanos, Germanos obtinerent, adjunxit, ut omnino multis partibus plus fructus ex ejus lectione perciperetur, quàm antea, cum tamen in magna tum quoque admiratione foret: sed supra meritum. Audiamus, quid anno 10 xviii. de eo censuerit Ioannes Manardus, magnæ doctrinæ ac judicii medicus, lib. i. epist. i. *Quis Serapianis aggregationes, in simplicium medicamentorum, & figuris,*

* pag. 454
edit. Lug-
dun. ann.
1549.

* pag. 82.
83.

&

& viribus, dignoscendis; Matthiamque verè Sylvaticum, in eorum, & aliarum rerum medicinalium nominibus, non est summopere veneratus? in quibus ferè tot esse errata, quot verba, & Dioscoridis castigaciones, & nostra aliquot epistola palam faciunt.

Rafis, Zachariæ filius, cognomento experimentator, commentarios Medicos reliquit, quibus vulgo nomen *Continens*. Præterea ejus est liber, qui inscribitur *Almanfor*, quia nuncupatus sit Regi Manfori. Etiam de Alchemia duo ei libri tribuuntur.

Geber Arabas librum scripsit, quem inscripsit *Summæ Perfectionis*. Euonymus Philiatros sive Conradus Gesnerus in præfatione *Theauri de remediis occultis*: *Geber, nepos nescio cujus magni Mahumethis, qui veluti dux & princeps hujus scientia (Chymicæ) celebratur, quâ vixerit ætate, non facile dixerim. Quamquam non illum primum hujus artis inventorem, sed illustratorem fuisse, existimo. Hoc in opere, quod summa perfectionis inscribitur, de distillatione in genere multa pulchrè differens varios destillandi modos ferè omnibus notos esse scribit: nimirum ut vetus quoddam suo etiam seculo, non recens quoddam inventum. Geber Hispanus ab Hieronymo Cardano in decimo-sexto Subtilitatum libro inter duodecim subtilia Orbis ingenia undecimo loco collocatur ob inventi claritatem: quippe, inquit, cum Ptolomæus ex quinque quantitatibus maximo labore, sextam quarat, hic in iisdem cum tribus, quartam. Multa etiam in melius mutavit, quæ ad statum cæli pertinebant, ut facile intelligas multò minùs astus maximos frigidibus gelidâ obesse ingeniis. De Gebero vide Tom. 1. Gesneri biblioth. Et eâdem voce Simleri epitomen.*

Et hi, ut puto, inter Arabas medicos sunt illustriores. Quibus pro corollario addam scriptorem Latinum, sed origine Carthaginensem, & à pueris educatum versatumque inter Muhamadanos, quorum eruditior lingua Arabica est. Est is Constantinus Africanus, cujus varia in se medicâ. Vir fuit Latine, Græcè, Arabicè doctissimus. Vixit autem non temporibus Leonis Isauri, anno D ccl, ut à quibusdam proditum, *sed Alexii & Henrici Imperatorum, sive anno clxx. De eo sic Leo Ostiensis lib. 117. *Chronici Calsmenis cap. xxxiv. Istius item Abbatis tempore Constantinus Afer huc veniens & habitum sanctæ religionis accipiens, ecclesiam S. Agatha in Aversano Pago, à Richardo principe sibi*

*Neandro
in Medicorum
syn-
tagmate
pag. 10.

concessam, monasterio devotissimus obtulit. Non erit ociosum, ad posterorum memoriam, quis quantusque iste vir fuerit literis tradere. Hic igitur relicta Carthagine, ubi ortus fuerat, Babyloniam petiit: ubi disciplinis omnibus Chaldaeorum, Arabum, Persarum, Aegyptiorum, & Indorum plenissime instructus, post annos xxxix ad Africam rediit. Quem ita eruditum omnium gentium linguis & litteris interimere Afri cogitabans. Quod ille ubi didicit, clam navem ingressus, Salerno venit: ibique in habitu mendici aliquandiu latuit. Inde à fratre Babyloniorum regis, qui eo tunc venerat agnitus, Roberto duci magnifice est commendatus. Postmodum verò relictis omnibus ad hoc monasterium (ordine quo supra diximus) veniens, monachus effectus est. In hoc autem Cœnobio positus transfudit ex diversarum gentium linguis plurimos libros: in quibus isti precipui sunt. Pantechnum quod in libros xii divisit: ubi exposuit, quid Medicum oporteat scire. Practicam de servatione sanitatis, & curatione morbi. Librum graduum. Diatam ciborum. De febris quem de Arabico transfudit. Librum de urinâ. De interioribus membris. Viaticum, quem in vii distribuit partes: videlicet de morbis in capite nascentibus. De faciei morbis. De instrumentis. De stomachi & intestinorum morbis. De morbis hepatis, renum, vesicæ, splenis, & fellis. De his quæ in cute nascuntur. Expositionem aphorismi: librum technî, metatechnî, microtechnî: antidotarium. Disputationem Platonis & Hippocrati in sententiis de simplici medicamine: de gynaeciis; de pulsibus: de experimentis. Glossas herbarum & specierum. De oculis. Vide quoque Tritthemium de scriptoribus Ecclesiasticis: item de viris illustribus Ordinis Benedictini cap. lxx.

CAPUT XV.

DE ARTE MITITARI, IISQUE ARTIBUS, quæ nobis amictum vel habitationem procurant, item μεταχειρική, & χρυσοπία.

§. I. **D**iximus de artibus, quibus alimoniam ac valetudinem debemus. Ad ceteras venio, quas inter principem locum sibi vindicat πολιμική sive ars militaris.

aris. Siquidem hæc ea est, quæ civem conservat; rebelles verò in ordinem cogit, hostesque debellat.

Ea subijcitur Imperatoriæ. Sed Imperatoriæ, quia in regimine consistit, pars est Politicæ, ut Militaris sola sit hujus loci. Ea constat viris, & armis. Viri vel milites, vel militum causâ, Milites, equites, pedites. Pedites in exercitu Romano, velites, hastati, principes, triarii. Militum gratiâ tubicines, lixæ, calones. Arma, gladii, lanceæ, tela, arietes, testudines, helepoles, cæteraque tormenta. Adi Lipsium in libris de Militiâ Romanâ, ac Poliorceticis.

§. 2. Est verò in hac scientiâ Mathesios usus longè maximus. Nam Logisticâ utitur in legionibus numerandis, & acie ordinandâ : Geodasiâ autem in demetiendis locis ad castra metanda : Geometriâ verò, si vellet majorem minoremve exercitum hosti ostendere.

Minora enim castra apparent, si ea in circulum disponantur : majora, si quadrata eorum sit figura, vel $\pi\epsilon\pi\tau\acute{\alpha}\chi\omega\nu\textcircled{C}$ aliæ multilatera.

§. 3. Castrametatio est ratio universum exercitum commode tutòque castris includendi.

De castrorum metatione vide Barthium ll. xx. col. 93, 215.

§. 4. Suus etiam honos debetur artibus, quæ homini vel amictum, vel habitationem præstant. In amictu attendimus tum materiam, tum formam. Materiam suppeditant, qui præparant lavam, linum, pelles. Item fullones, textores, tinctorios. Formam debemus sartoria arti, ac sutoria.

In his præcellit lanificium, tum ob utilitatem amictus, tum quia perhonestè eo opes parantur. Quam varia autem genera artificum, quibus amictus omne genus acceptum feramus, indicat in Panepistemone Politianus : ubi conjugit, lanarios, sericarios, linteones, braccarios, fullones, textores, infectores, lanificas, lami-

pendias, carminatores, pannicularios, sagarios, pelliones, interpolatores, sarcinatores, patagiarios, flammearios, violarios, manulearios, molochinarios, semizonarios, limbularios, plumarios, polymitarios, Phrygiones, & qui netum aurum intexunt, & netrices, & item funicularios, reticularios, caligarios, cerdones, sutoresque omnes, calceolarios, crepidarios, solearios, veteramentarios, & item zonarios. Vide Plautum Aulul. act. III. sc. v. & quæ ibi interpretes.

§. 5. *Habitationem sive ædificium, pariterque vehicula, & vasa domestica debemus fabrorum variis generibus.*

Politiano ibidem recensentur tignarii, cementarii, materiarii, ararii, ferrarii. Tum plaustrarii, carpentarii, & vehicularii: sed & pegmarii, automatarii: tum aurifices, inauratores, bractearii, monetales, argemarii, vasculares, musivarii, gemmarii, dolearii, figuli, sectores, imbricarii, carbonarii, calcarii, laterarii, formacarii, & ceteri, lapidarii, lapicida, ferrarii, tornatores, artifices claustrorum. Postremò etiam fribolarii omnes, vitrearii, sulfurarii.

§. 6. *Ædificium primò luteum, quod primò invenit Doxius, Cœli filius, exemplo sumto ab hirundinum nidis; ut est apud Plinium lib. VI. cap. LXI. Ac primus, qui Urbem conderet, si Græcis credimus, Cecrops, unde & Cecropia, ut ibidem legimus, nominata, quæ à sublimi situ aliter ἀρρόπις nuncupata.*

Ædificationis hæc origo. Primùm homines, ut se tutarentur adversus Solis ardores & tempestates, vel speluncas, vel recta ex frondibus fecere: ingeniosiores verò furcas erexere, virgultoque interfecto & luto inducto, parietes struxere. Postea non solum necessitati, sed etiam commoditati consultum. Tandem in rerum affluentia summoque otio, etiam voluptati & elegantia inservitum. Ac primò in templis & ædificiis publicis, mox in privatis etiam recessum à priscâ frugalitate. Eoque tandem deventum, ut quisque se tantò majorem visum iri crederet, quantò magnificentius habitaret.

§. 7. *Par-*

§. 7. *Partim igitur utilitas omnium, partim publicus & privatus luxus plurimum excitavit ingenia, ut Architectonicam magis magisque excolerent, nonnulli etiam hac de Arte commentarios posteris relinquerent.*

Quales è Græcis Agatharchus, Democritus, Anaxagoras, Ctesiphon, Metagenes, Ictinus, Carpion, Philo, Hermogenes, Argelius, Satyrus, & alii: è Latinis Fusitius, Varro, P. Septimius, Cornelius Celsus. Sed hodiè vix quicquam ad nos pervenit, præter libros x Vitruvii de Architectonicâ, quos Augusto Cæsari dicavit.

§. 8. *In aedificatoriâ Mathesios est usus longè maximus. Nôsse enim debet Architectus arithmeticam, geometricam, opticam, & astrologiam.*

Dictum id libro de Scientiis Mathematicis, cap. VII. Nec tamen aedificatoria propterea pars est Mathesios; quod quidam putârunt. Nam principia quidem & causæ hujus artis exponuntur à Mathematicis, eoque Architectus ignarus ejus esse non debet: cùm ejus sit scire & præscribere, quid factu sit opus. Attamen fabrica, vel effectio ædium, uti & statuarum ac similitium, inferioris est artificis: qui munia sua explere potest, etiã mli causas operis non adsequatur.

§. 9. *Pro aedificio etiam sunt naues: præsertim longum iter capeffentibus. Ac hujus quidem loci est, quatenus Ars fabrilis in materiam à naturâ acceptam inducit formam navis.*

Ea structura principiis nititur Geometricis, uti & Aedificatoriæ: unde videmus Mathesi utramque dirigi, etsi neutra sit Mathesios pars: sicut dixi libro de Scientiis Mathematicis.

§. 10. *Nec in Arte nauticâ solùm attendimus ναυπηγικῶν, sive artem compingendi naues, sed etiam ἰστροποιικῶν, sive velificatoriam.*

Q

Quæ

Quæ & ipsa *αληθὴ* habet pro fundamento.

§. 11. *Iuvenisse Artem nauticam creduntur Phœnices: ab iis accepisse Ægyptii, ab illis Græci, ac primi ex his Cræteses.*

Vide Plinium lib. 111. Histor. Nat. cap. LVI.

§. 12. *Sed ex Scripturis constat Noë primitus hanc Artem fuisse divinitus edoctum.*

Vide Genes. cap. vi. item Flavium Josephum lib. 1. Antiquit. Judaic. & Eusebium in x. Præparat. Euangel.

§. 13. *Astrologia etiam *ἡ ἀστρολογία* est Ars nautica, quæ docet dirigere navim à portu in portum, imprimis mari, idque in loca longè disita. Quam ad rem Astrologia notitiâ gubernatori est opus. Nec tamen Nautica simpliciter est subalternata. Bisariam enim Ars ea attenditur; quatenus est speculativa, vel practica. Subjicitur Astrologia ratione speculationis: ut quatenus ex eâ, inter cetera, prævidet tempus navigandi opportunum. At non est subalterna ratione actionis: quatenus nempe navim ducit, vela pandit, remos inflectit &c.*

Astrologiæ ac Cosmographiæ regulis subnixa est hæc Navigationis marinæ institutio, sive Ars dirigendi navem de portu in portum, sive ea brevior sit navigatio, sive longinqua; quæ & pluribus eger instrumentis, majoremque Astrologiæ ac Cosmographiæ peritiam. Scripsit institutionem hujusmodi Adrianus Merius Alcmarianus. vide eum libro Quinto Sphæricorum, quo partim agit de Terræ dimensione ac distinctione per climata, partim de Arte navigandi. Astrologiam autem esse fontem Nauticæ artis, dixi in Mathematicis disciplinis cap. XXI. x. §. 5.

§. 14. *Est*

§. 14. *Est verò usus Nautica longè maximus. Nam, ut Poëta * ait, Non omnis fert omnia tellus.* * Georg.

Opus igitur fuit, commutatione mercium, ad defectum hunc supplendum. Atqui ex locis transmarinis advehi nequeunt merces, nisi navigiis. Imo ubi curru advehi queunt, faciliùs tamen id navibus fit, cùm eæ longè sint capaciores.

§. 15. *Prope verò artibus eunētis antea memoratis inseruit μετεωρολογική, sive ars effodiendi metalla. Nam & agricolæ opus aratro, & militi gladio, & fabro securi ac dolabrâ, & mercatori pecuniâ. Quæ omnia metallo constant.*

Quod si originem attendas, vicina est Agriculturæ. Utraque enim operæ ac laboris fructum è terrâ nanciscitur. De hac conjunctione Agriculturæ, & Metallicæ, sic Aristoteles Oeconom. lib. I. cap. II. Κτήσιος ἢ πρώτης ἑπιμέλεια ἢ τῆ Φύσιν. τῆ Φύσιν ἢ γεωργικὴ ἀσπείρα, καὶ δέντροι, ὅσοι ὑπὸ τῆς γῆς. οἷον μετεωρολογική, καὶ ἡ πρὸ ἀδελφικαυτή. ἢ ἢ γεωργικὴ μάστιξ, ὅτι δικαία. Ex iis, quæ possidemus, prima est cura quæ sequitur naturam. At ordine natura prior est Agricultura: & secundum obtinent locum, quæcumque aliquid è terrâ proferunt. Qualis est metallorum ars, & si qua est alia hujusmodi, præcipue tamen Agricultura, quod fit iusta.

§. 16. *Fortassè & locum sibi aliquem deposcit Chryso-
pæia, quæ metalla alia in aurum convertit.*

Nec ignoro, ut toto libro contra hanc Artem disputet vir Clarissimus Thomas Erastus, quæque Riolanus, & alii objiciunt. Sed, quæcumque adducunt, refelluntur vulgari experimento, quo liquore quodam ferrum in æs convertitur: ut testantur summi viri Georgius Agricola, Cardanus, & Fallopius.

§. 17. *Chrysopæiam malè partem faciunt Alchymia, cùm fines distincti Artes faciant distinctas. At Alchymia finis est Sanitas, quam querit eliciendo quintam*

Q 2

essen-

essentiam. Chrysopeias finis sunt Divitia, quas quaerit per lapidem philosophicum.

Sed neque Artē esse ullam, quae aurum verum efficere possit, credimus. Nam Ars non essentialē, sed accidentalē inducit formam. Aurum autem est aurum per formam essentialē, cum sit substantia. Quare ut concedamus efficere, quod vulgus aurum esse putet, non tamen aurum verum fuerit. Notum illud de Parmenone, qui cum in theatro publico, magno populi applausu, suis grunitum expressisset, alter porcellum sub palliolo occultavit, qui naturalem grunitum ederet, sperans fore, ut majori applausu vox naturalis, quam artificialis, exciperetur: omnes tamen acclamaverunt, nihil ad Parmenonis suam. Ignarum vulgus saepe artificiale praefert naturali. Quare non penes vulgum, sed artifices iudicium esse debet.

Illud quoque addimus, interdum Chymicos in ferrum aurum clanculum immittere, ut credulos fallant, atque ita oculos exhauriant. Neque interim omnino negamus, aurum ex metallis effici citra hanc fraudem, ac quidem verum aurum; sed dicimus id, quando fit, per secretionem fieri, non per transmutationem. Nam in omnibus metallis aurum inest, plus quidem orichalco, vel aeri; minus vero plumbo, aut ferro. Verum in ista secretionē frustra laboratur, quia sumtus excedit quaestum.

§. 18. *Neque hic omittenda Magia, quae partim ad Physicam speculativam, partim ad operativam pertinet.*

Tradit enim rerum sympathias & antipathias, occultasque qualitates; atque activa passivis applicando mirandos ciet effectus. Sed haec nihil ad veritam magiam, quam nihil vanius: unde Curtius lib. v. 11. cum *magicam artem* dixisset, subjungit, *si modò ars est, non vanissimi cuiusque ludibrium.*

§. 19. *Mechanica etiam Operativa pars est, ubi ostenditur caussarum ex Physicis & Mathefi concursus.*

Hanc multi ex Philosophia exterminant. Putant Sapientiae nomen dignius esse, quam ut Mechanicae tribuatur. Atqui ut de

de sacris literis nihil dicam, ubi & Sapientes dicuntur, qui Artes illas vulgares exercent: etiam Aristoteles in VI. Nicomachiorum agnoscit nomen *σφίσας* iis artibus tribui solere: quomodo, inquit, *Φειδίας λιθεργόν*, & *Πολύκλειτον ἀνδριασποιδόν* vocamus *σφίς*. Homerus etiam fabrum, & naupegum, *σφίς* nominat. Par ratio in *σφίς* αὐν voce. Imò Lucianus *σφίσις* vocat in Navigio eos, qui cibos apparant opiparè: & Xenophon in Hierone appellat *σφίσματα* cibaria scitè apparata. Cæterum de Mechanicâ plura dixi in Physico-mathematicis.

C A P. XVI.

DE PICTURA ET STATUARIA.

§. I. *Artes eas, de quibus hæcenus vidimus, utilitatem vita adferre humana satis est manifestum: præterea verò & alias statuunt, unde potius voluptas petatur. Atque huc referunt Artem pictoriam, statuariam, & similes, quæ nos juvant oculis pascendis. Neque nego, hunc vulgarem esse earum Artium usum, ut operibus earum loca publica aut privata reddamus ornatiora, quantoque aliquid melius rem representet, tanto majori voluptate perfundamus spectatores. Sed enim nimis abjectè de istiusmodi Artibus sentiunt, qui putant solum, aut potissimum eas propter voluptatem excoli. Potior is finis, ut quemadmodum per literas instruitur animus humanus, sic idem doceatur per picturam, statuas, & alia, quibus res representantur. Ac de picturâ quidem id clarissimè evicimus, cum de quatuor Artibus popularibus ageremus. At idem de statuâ signisque censendum, quæ in locis, præcipuè sacris vel publicis, constitui solent, tum ut memoria eorum, quibus statua sunt erecta, aeternum, vel quàm diutissimè, vigeat in animis humanis: tum*

Q 3

quò

quò eas qui spectant, ad emulandum illorum virtutem incitentur.

Multum hæc lucis capiunt ex iis quæ de pingendi arte in Quatuor disciplinis popularibus dicebamus. Nam par utrobique scopus est.

§. 2. *Queri solet, utrum Statuaria an Pictura, sit præstantior. Nec diffitendum statuas eò picturis præstare, quòd magis durent, pluràque in secula decus hominis propagent. Sed ut diuturnitate temporis exsuperant, longè tamen artificio vincuntur; uti & splendore, ac pulchritudine. Scio, non tam facile in statuâ, quàm in picturâ, erratum corrigi posse. Illud etiam non ignoro, in statuâ, ob rotunditatem videri trinam dimensionem; in picturâ solum conspici superficiem, & colorum fucum. Sed enim majora sunt, quæ in statuâ desideres. Nam in picturâ, non item statuâ, apparent lumen atque umbra: item descremen ejus, quod rarum vel densum. Et quanto vividius in picturâ discernere est, utrum capilli cani sint, an nigri, vel rufi: oculi num carulei, an casti. Nec statuarius, uti pictor expresserit cælum, mare, montes, sylvas, flumina, prata, casas, ac similia: ut omnino latius se pictura extendat.*

Differit de his etiam Balthasar, Castilioneus Comes, lib. 1. de Curiali, sive Aulico.

§. 3. *Vetustas statuaria summa est, si Serachus filius Ragau, è progenie Iapheti, viros fortes statuâ ornarit.*

Quod ait Eusebius in Chronico, & Epiphanius.

§. 4. *Ac idem firmat, quod Tharach pater Abrahami dicitur fuisse ἀγαλατομῆς*.*

* Statuaris.

De quo plura dicimus in Theologia Symbolica.

§. 5. *Si fabulis gentilium credimus, primus Prometheus simulacrum fecerit ex argillâ, & igne è Sole raptò animârit.*

Refert quoque Lactantius lib. II. cap. XI.

§. 6. *Alii malunt primò Ethiopes fabricâsse, inde didicisse Egyptios.*

Ita Diodorus Siculus.

§. 7. *Ex are primi fuderunt Samii duo, Rhæcus Philai filius, & Theodorus Teleclis, qui & smaragdum calavit Polycratis Samii.*

Auctor Pausanias in Arcadicis. Antea nempe ex rudibus laminis statuas coagmentabant. Funduntur verò non in argilla pingui, sed terrâ arenosâ. Vel ut ex argilla prototypon fit, admiscendi cineres purgatissimi, vel tenuissima arena. Alioqui ardorem metalli non feret; sed fatiscet, ac rumpetur. Qua de re plenius Cæsar Bullingerus lib. II. de Picturâ & Statuaria cap. XI. Ipse verò de his, & similibus, remittit ad Vigenerum, in iis quæ ad Philostratum Gallicè annotavit.

§. 8. *Statua ex are ferè erant cava.*

Seneca lib. IV. Nat. Quæst. cap. XXIX. *Quod as unius statua, nec solidum quidem, sed concavum ac tenuis, disruptum est.*

§. 9. *Nec ex hoc solum metallo fiebant, sed etiam auro vel argento.*

Sic argenteas sibi positas Augustus conflagavit, ut est apud Suetonium in Octavio, cap. LII. Nec Domitianus alias sibi quàm aureas, & argenteas, idque ponderis certi, in Capitolio poni permisit. Unde Papinius lib. III. Sylv. I.

*Da Capitolinæ æternam sedibus aurum.
Quo niteant sacri centeno pondere vulsus
Cæsaris, & propria signet cultricis amorem.*

§. 10. *Nec*

§. 10. *Nec ex metallo semper statua, sed etiam electro, ligno, lapide, ebove.*

Plinius lib. IV. epist. VII. *Illum coloribus, illum cera, illum are, illum argento, illum auro, ebove, marmore effingit.* Artemidorus lib. II. cap. XLIV. Ἀγάλματα χρυσεῖα πεποιημένα ἢ ἀργύρεα, ἢ χαλκῆ, ἢ ἐλέφαντος, ἢ λίθου, ἢ ἐλεκτρῆ, ἢ ἐβένου. *Statua auro facta, aut argenteo, aut are, aut ebove, aut lapide, aut electro, aut ebeneo.*

§. 11. *Nec solum statua dividuntur ratione materia; sed etiam magnitudinis. Ac alia quidem minores; alia pares; alia majores, quales esse necesse fuit, qua fastigiis adium imponerentur; alia maxima, ut collosca.*

Pomponius Gauricus lib. de sculptura tradidit, statuas, quæ intra hominis figuram fierent, *signa* nuncupari: cubitales, vel cubito minores, *figilla*: *pariles*, quando referunt, staturam ejus, quem exprimunt: *magnas* dici, quæ forent intra rationem sesqui-alteram: *maximas*, quæ parilium triplæ, aut iis majores essent. Philander addit, *pariles* statui solere bene meritis ac sapientibus viris: *magnas* regibus ac imperatoribus: *maximas* Diis & heroibus. Statuas Deorum vocari, εἰδωλα, heroum, ξέανα, regum ἀνδριάντες, sapientum ἄκελα, benemeritorum βρήνια. Verum non arbitror, hæc discrimina observari. Imò ne illud quidem perpetuum, quod de magnitudinis differentia ait Gauricus: ut bene annotavit Lud. Demontiofius*. *Viderit*, inquit, *Gauricus*,

* lib. de
Sculptura

an huic observationi fidem adstruere possit, cum aperte dicat Plinius, primum tripodæas statuas in foro positas benemeritis; quod ea mensura honorata tunc esset; cum & ejus mensura quedam adhuc in urbe spectentur Deorum antiqua, ipsius etiam Iovis in palatio illustrissimi Cardinalis de Medicis. Et celebriora signa Deorum, que nobis hic videre contingit, excedant quidem communem hominum mensuram, ita suadente ratione Optices, ut in loco superiore collocata parilia videri possint, cum aliquid semper distantia intercipiat; Sed Antinoi, qui est in Vaticano, eadem statura est, atque Apollinis. Statua autem Alexandri Bucephalum domantis, qua sunt in monte Quirinali, majores sunt omnibus signis Deorum gentilibus, qua in Vrbe existant. Deiarum enim statua fere omnes, quas hic vi-

di

æ, non longè distant à communi mulierum mensurâ. Contrâ Sabina qua sunt in eodem palatio, duplo, aut eò amplius hanc mensuram excedunt; & Niobe, qua ibidem spectatur.

§. 12. *Quanta apud Italos etiam sit statuarum antiquitas, argumento est, quòd jam Euandri atate, nempe quadringentis annis ante conditam Romam, Herculis simulacrum fuerit in foro boario.*

Ita Plinius lib. xxxi v. cap. vi. qui & à Numâ Jani simulacrum in eopse foro ait constitutum. Sed repugnat Plutarchus, qui Romæ negat annis post Numam cix ullum fuisse simulacrum, vel imaginem.

§. 13. *Nunquam verò majori in honore statua fuerunt, quàm cum primùm posita sint Diis. Multumq; earum honorem auxit, quòd subinde etiam loqui viderentur.*

Nempe dum à malis spiritibus animantur, ut loquitur B. Augustinus lib. vii. de Civitate Dei; sive ut pro eo propriè magis dicamus, *inspirantur*. Et sanè quid mirandum magis, quàm res exanimis loqui? aut quid æquè cælestis veritatis nesciis fidem fecerit esse spiritus, quàm illi affatus statuarum? Qua de re aliquid diximus lib. i. de Ortu & progressu Idololatriæ, cap. vi.

§. 14. *Aliquanto is honos minor fuit, cum communis factus virorum fortium, ac bene meritorum de Rep.*

Plinius lib. xxxiv. cap. 4. *A Diis ad homines statuarum hono^r translatus est, si quâ illustri causâ perpetuitatem mererentur.* Tertullianus lib. de Anima, cap. 33. *Ob merita vite imagines, statua, & tituli rependuntur.*

§. 15. *Sic statua posita Aristogitoni & Harmodio, tyrannicidis.*

Quibus eo anno positæ sunt statuæ Athenis, quo Romæ ejeti Reges, ut ait Plinius lib. xxxi v. cap. 4. His primas Athenis constitutas in foro Aristoteles ait. Inde in Persiam transporta-

R

vèrat

verat Xerxes; sed restituit eas Atheniensibus magnus Alexander teste Arriano. Fuere autem ex ære. unde Antiphon orator rogatus ab Dionysio tyranno, quod æs statuis præcipue conveniret? illud, respondit, unde factæ essent statuæ Harmodio & Aristogitoni, tyrannicidis. Liberè ille, sed imprudenter. Quod responsum vitâ illi sterit. Et cui bono libertas ista stolidâ?

§. 16. *Etiâ Philosophis constituta.*

Tertullianus in Apologetico: *Philosophi statuis, & salariis, remunerantur: illis statuas diffunditis, imagines inscribitis, titulos inciditis in aternitatem, quantum de monumentis potestis.* Hinc Juvenalis sat. 11. de antiquâ Cleanthis statuâ;

Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.

Nisi id de picturâ capiendum.

§. 17. *Medicis quoque constituta, post sanitatis restitutionem.*

Exemplum habemus in Antonio Musâ, cui populus eam ære suo posuit. Suetonius in Augusto cap. xxix. *Statua Antonio Musa are collata posita.*

§. 18. *Olympia omnibus iis qui ter vicissent, statua ponebantur, è vivis membris expressa: quadrigariis, & agitatoribus ponebantur armata.*

Ut auctor est Plinius lib. xxxiv. cap. iv. Addit verò statuas ex membris hominum similitudine expressas vocari *iconicas*. Erant tales hominibus pares. At majores vocabantur *angustæ*. *Colossi* longè maximæ. Qualis Rhodiis statua Solis, inter septem orbis miracula reposita. De hieronicarum statuis, & imaginibus, legas etiam apud Tranquillum in Nerone cap. xxi v.

§. 19. *Vt verò statua hominibus posita persisterent inviolata, sæpè eas Diis consecrârunt, vel in loco sacro posuerunt.*

Sic Gorgias Leontinus statuam sibi posuit inauratam: sed eam Apollini Delphico consecravit; ut est apud Athenæum. Mi-

Mithridates statuam, quam Platoni erigebat, consecravit Mu-
 lis; ut est apud Diog. Laërtium. Cicero in Verrinis; *Apud omnes
 Græcos hic mos est, ut honorem hominibus habitum in monumentis hu-
 jusmodi nonnulli religione Deorum consecrari arbitrentur.* Hinc etiam
 Theocritus:

Χρὺς εἰ ἀμφοτέρω, κ' ἀναξίμεθα τῇ Ἀφροδίτῃ.

Aurei utriusque, ac dedicabimur Veneri.

Etiam hoc sine imaginem suam in cellâ Jovis Opt. Max. con-
 stituit Scipio Africanus: ut est apud Valer. Maxim. lib. VII, I,
 cap. XIV.

§. 20. *Nec semper una uni posita fuit, sed etiam per-
 multa: neque id tantummodo honoris, sed etiam cul-
 tus ergo.*

L. Seneca lib. III, de Irâ: *Mario vicatim populus statuas posuerat,
 eique thure, & vino supplicabas.*

§. 21. *Imò ab Atheniensibus Demetrio Phalereo consti-
 tuta CCC LX.*

Unde Varro in Heptadum opere;

Hic Demetrius aeneas tot apru'st.

Quot lucas habet annus absolutus.

Dies enim CCC LX annus habere credebatur Atheniensibus.

§. 22. *Mulierum etiam statua fuerunt.*

Ut illæ Caryatidum: de quibus Vitruvius lib. I, cap. I. De-
 que statuâ Clæliæ positâ mox dicam. Sibyllæ tres antiquissi-
 mi operis juxta Roftra fuerunt, teste Plinio. de loco quid mi-
 rum?

§. 23. *Apud Romanos honoratissimus locus in Roftris.*

Cicero pro Dejotaro; *Ad statuam nullus est locus Roftris clarior.*
 Pro Sextio: *Viris fortibus pro Roftris ponantur imagines.*

§. 24. *Fuere iis & statua equestres.*

Livius lib. VIII. Camillo, & Menio, *coff. equestres statua.* Memi-
 nit & Cicero statuarum equestrium in secundo de Oratore.

Item Plinius lib. xxxiv. cap. v. Atque idem cap. vi. meminit statuae equestris, quae Cloeliae posita fuit: unde videmus fuisse rem antiquissimam. Sylla, Pompejo, Caesari, & Augusto equestres fuisse positas, auctor est Vell. Paterculus. His oppositae statuae pedestres: unde Cicero Philipp. ix. suadet, ut Servio Sulpitio, qui in legatione ad Antonium mortuus erat, statua poneretur, non quidem inaurata equestris: atramen pedestris ex aere. Etiam apud Capitolinum legimus, ut Macrinus sex statuas posuerit Caracallae, duas equestres, duas pedestres habitu militari, duas item pedestres sedentes habitu civili. Illas habitu militari statuas armatas vocat Ammianus Marcellinus lib. xix. Qualis & illa Scipionis in Capitolio chlamydata; uti ait Valerius Maxim. lib. iv. cap. xv, etsi crepidata, quia talis in militari habitu Scipio; ut ex Livio constat, ubi de eo in Sicilia commorante, priusquam in Africam proficisceretur. Item Domitiani illa, de qua Statius Papinius lib. i. Sylv. i.

It tergo demissa chlamys, latus ense quieto.

Securum —

Ubi signat paludamentum, quod ultra loricam demitteretur. Corippus lib. i r.

Circumsusa chlamys, rutilo qua ornata metallo

Principis exserta vincebat lumina dextra.

Quo loco à Principe exserta manus est silentium indicentis, & placantis adstantes. Unde Statius de Domitiano Sylv. i. lib. i.

Dextra vetat pugnare. —

S. 25. *Primus Roma Manius Acilius Glabrio, devicta Syria rege Antiocho, hoc consecutus honoris fuit, ut ejus statuae bractea induceretur ex auro.*

De hoc imbracteandi more conqueritur Ammianus Marcellinus.

S. 26. *Tandem verò statua tum in Gracia, tum Italia, & alibi, promiscue poni caepere, etiam indignis.*

Iraque Demosthenes oratione *Ἐὶ συνέξουσιν* queritur, cum olim

olim Miltiadi, ac Themistocli positæ non sint post victos Persas; nunc quibusvis, etiam ex ære, statuas constitui.

§. 27. *Hinc, evalescente hoc honore, eas subinde viri magni repudiarunt.*

Vt. Agefilaus, & Cato.

§. 28. *Sub Caesaribus statuam nulli ponere licuit, nisi Principis consensu; à quo id postulare Senatus solet.*

Plinius lib. I. epist. XVII. *Ab imperatore id impetravit, ut sibi liceret in foro L. Syllani statuam ponere.* Tacitus lib. IV. *Annal. Illustris statua honorem, & quicquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulado decerni jubet.* Appulejus lib. I. I. I. *Florid. Omnes, qui in illa sanctissimâ curiâ aderant tam libenter decreverunt locum statuae.* Claudianus Præfat. de bello Getico;

Annuit his Princeps titulum, poscente Senatu.

§. 29. *Parum verò laudabilis mos ille Rhodiorum posterioribus fuit temporibus, quòd si quis statuâ dignus foret, non ei novam poneret Prætor, sed ex veteribus statuis alicui nomen eraderet, eique nomen insculperet novum. Multum interea culpam imminuebat statuarum multitudo. Habebant enim earum ad septuaginta tria millia. Præterea eradebant nomina indignis eo honore: ut proditoribus & tyrannis; vel quorum merita forent exigua; præ illis quorum nomina inscribenda erant.*

Dio Chrysoströmus in Rhodiâ: Προδοτῶν, ἃς τεγγίνας τοῖς τιμαῖς, ἀναρῆσαι, καὶ ἄλλων ἄλλων τινὸς ἀεὶ ὡς πετυχηκότες. ἢ ἢ εἰκῶν ἄλλων ἄλλων, καὶ ἢ μόνον τὸ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τὸν χαρακτῆρα σῶζει ἢ λαβόντι. ὡς ὁ δὲ εἶναι ἀποστῆθόντα εἶδέναι πινὲς ἐστὶ. Προδοτῶν, & tyrannorum tolli honores, etsi inscriptionem prius fuerint consecuti. Statua verò inscribitur, non solum nomen; sed etiam ejus characterem cui posita est, accipit; ita, ut statim, qui accedit, agnoscat.

§. 30. *Inter veteres statuarios grande decus obtinuerunt Phidias, Praxiteles, Lysippus, Calamis, & alii.*

Propertius lib. III. Eleg. VIII.

*Argumenta magis sunt Mentoris addita forma,
At Myos exiguum flectit acanthus iter.
Phidias signo se Iupiter ornat eburno.
Praxitelem propriâ vindicat arte lapis.
Gloria Lysippo est animosa effingere signa.
Exactis calamis se mihi jactat equis.*

De Mentore, miro celandi artifice, vide Plinium xxxi i i. 12. indeque *Mentorum opus* est apud Propertium libro 1. Eleg. 13. Juvenalis est Satyrâ viii, *Rara sine Mentore mensa*. Proximi meminuit Martialis lib. viii, Epigr. 34.

Archetypon Myos argentum te dicis habere.

& rursus:

Quis labor in Phialâ? docti Myos, anne Myronis?

ubi Myronem adjungit; de quo Plinius lib. xxxvi. cap. 5. & ante eum Ovidius iv. de Ponto, Eleg. 1.

Vt similis vera vacca Myronis opus.

Est & Petroni Arbitri; *Lysippum statua unius lineamenti inherenter inopia extinxit; & Myron, qui penè hominum ferarumque animas are comprehenderat, non invenit heredem*. Et Statii Papinii in Tiburtino Manlii Vopisci:

———— *Lafit in are*

Myronis manus ———

Ut mittam Phædrum in Prologo Quinti fabul. & tot alios. Phidiam cum Polycleto & Alcamene sociat Dionysius Halicarn. libro de Demosthenis acumine ac vi. Uti in Dinarcho conjungit eum cum Apelle pictore & Polycleto statuario. Praxiteles duo fuere: imprimis tamen celebratus ille, qui Alexandri vixit tempore; de quo Plinius lib. xxxiv. cap. 8. & xxxv. cap. 5. ubi varia ejus opera recenset. Atque hic filium habuit Cephissodorum rei & artis hæredem, ut ibidem legere est. Præter verò illum Praxitelem, & alter ejusdem nominis, argenti cælator, ætate Pompeji vixit; de quo idem Plinius lib. xxxi i i, cap. 12. Lysippum

pum inter cæteros Papinius memorat Carm. de equo Domitiani:

— *Quem tradere es ausus*

Pellao, Lysippe, duci —

Calamis memoratur Ovidio libro IV. de Ponto, Eleg. 1.

Vindicas ut Calamis laudes quos fecit equorum.

Eundem celebrat Plinius libro XXXIII, cap. 12. ubi eum cum Antipatro conjungit Plures statuarios refert Quintilianus lib. XII, cap. X. ubi post pictores memoratos recenset XI præcipuos Græciæ statuarios, deque iis judicium suum adponit. *Similis, inquit, in statuis differentia. Nam duriora, & Tuscanicis proxima, Calon atque Egesias, jam minus rigida Calamis, molliora adhuc supradictis Myron fecit Diligentia ac decor in Polycleto supra cæteros, cui quamquam à plerisque tribuitur palma, tamen, ne nihil detrabatur, deesse pondus putant. Nam ut humana formam decorem addiderit supra verum: ita non expleffe Deorum auctoritatem videtur. Quin etatem quoque graviolem dicitur refugisse, nihil ausus ultra leyes genas. At qua Polycleto defuerunt, Phidias atque Alcameni dantur. Phidias tamen Diis, quam hominibus efficiendis melior artifex traditur: in ebore verò longè citra amulum, vel si nihil nisi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Iovem fecisset: cujus pulchritudo adjecisse aliquid etiam recepta religioni videtur: adeo majestas operis Deum aquavit. Ad veritatem Lysippum, & Praxitelem, accessisse optimè affirmant. Nam Demetrius, tanquam nimius, in eâ reprehenditur, & fuit similitudinis, quam pulchritudinis amantior. Multum ad Polycleti laudem facit hoc Plinii lib. XXXIV, cap. VIII. Fecit Polycletus, quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo potentes, velut à lege quadam: solusque hominum artem ipse fecisse, artis opere judicatur. Cicero in Paradoxis: Auctio- nis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. Atque hæc dicta sunt de illustribus statuariis. De pictoribus antea vidimus. De utrisque adi etiam Tatianum adversus Græcos, qui longè plures recenset.*

§. 31. *Sub statuis verò nunc signa etiam complector, etsi in aliquibus differant. Conveniunt in eo quòd & signum & statua, similitudines sint è solida materia: videlicet auro, argenta, ære, marmore, & ebore: è qui-*
bus

bus tria prima funduntur, marmor scalpitur, ebur tornatur. Trifariam verò differunt. Nam signum latius patet, quia vel Dei est, vel hominis, vel brutorum. Statua autem vel numinis est, vel hominis. Præterea statuam dixere Romani, quam in foro conspicerent: signa verò vel in aedibus privatis, vel in templis. Adhæc signa quandoque eidem inharerent materia, è qua sunt educta: ut quando rana, aut locusta exprimitur in spiris columna: vel cum in gemmis aliquid insculptum. Statua verò nunquam in cavo latent, sed ab eâ materie, unde educta, sunt disjuncta ac separata.

Hæc fufius didicit Aldus Manutius Nepos in libris de Quæsitis per epistolam.

§. 32. *Distinguendum etiam inter sculpturam, calaturam, ac plasticen: quarum sculptura imagines habet prominentes, calatura cavas, ut in annulis, signatoris: plasticæ prominentes, sed ex humore calatis infuso.*

Cælaturæ sunt exsculpta; Græcis ἀνάγλυφα, ut est apud Eucherium lib. III. Reg. cap. XVII. Sic vetus Gloss. *Anaglyphæ, vasa superius sculpta, ut emineant. Anaglypharius, sculptor, qui eminentias illas, & umbones efficit.* In sculptoribus sunt lapidæ, qui ab excavando posterioribus etiam *cavitaris* dicebantur, voce exinde etiam à Græcis recentioribus recepta. Vetus glossar. *καβιδάριον, cavitaris.* Palladius in Historia Lausiaca, ubi de Macario Seniore: *Λιθουργός, ὃν λέγουσι καβιδάριον* *. *Plastice propriè dicitur de arte, qua figuli ex argilla ac luto fingunt. At laxè admodum πλαστικῆς voce utitur Philostratus in Præfatione iconum: ubi etiam ad πλαστικὴν revocat sculpturam in ære, λυγδίνῃ sive alabastro, Pario lapide, vel ebore. Verum est interea statuas fuisse non æneas modò, de quibus Plinius lib. XXXIV,*

aut

* *Lapidæ, quem cavitarium appellant.*

aut marmoreas, de quibus lib. xxxv; Sed etiam figlinas: de quibus idem lib. xxxv.

§. 33. *Calatura difficilior est, quàm Sculptura; utraque autem operosior est Plastica.*

Cardanum de eodem differentem audiamus lib. xvi. de Subtilitate*: *Difficilius non paulò est calare, quàm sculperè. Nam qui sculpunt, quod vident, agunt: qui calant aliud vident, aliud agunt: & dum vident, non agunt; dum agunt, non vident. Similiter neque mente concipere possunt, quid facturi sint, dum calant, ut qui sculpunt: ignota enim est tum naturâ, tum usu, cavitatis illa. Et si dum augeas in cerâ, quod prominere debet, paululum aberraveris, in geminâ cavitatis auctâ errorem efficies, qui non nisi toto subverso opere poterit emendari. At in sculpturâ, operèque toreumatico, primum facilius est non nimis adimere, sed relinquere; quàm calando non implere. Deinde, si etiam nimio plus adimas, facilius in opere extuberante, quàm cava, totum opus, instaurare; atque commodius calando quoque dextra sinistris, sinistra dextris referuntur: quod difficillimum est in hoc opere, dum totam effigiem calare volumus; cum in sculpturâ dextra remaneant dextra, ut sinistra, sinistra. Ob tot causas difficilius est calare, quàm sculperè. Ac paulo post: Plastica verò pura, omnium est difficillima, præter picturam: nec tamen illâ inferior, nisi à sculpturâ juvetur. Nam quicquid difficultatis habet, qui calat, id totum & præter id, & materia dispositionem, & scientiam temperamenti ignis, & multorum casuum periculum, imò innumerabilium, qui fingit, habet. Ex calatis enim prius figuris, finguntur humore prius infuso statua. Quamobrem, qui non rectè calaverit, quomodo rectè finget?*

* p. 576.
edit. Lug-
dun. anno
1580.

CAPUT XVII.

DE THEOLOGIA NATURALI.

§. I. *A Physicis venio ad scientiam entis immateria-
lis; ut sunt Deus & Intelligentia. Quæ scientia vo-
catur Theologica.*

Ut libro vi. τῶν μὲν καὶ Φυσικῶν. imò & Platoni lib. ii. de Rep. Proclo libris de Rep. Platonicâ, & aliis.

S

§. 2. Per

§. 2. Per Theologiam non aliam hoc loco intelligimus, quàm naturalem.

Triplex enim gentium Theologia fuit; *μυθική*, quæ Poëtarum erat; *Φυσική*, quam Philosophi docebant; & *πολιτική*, quam Sacerdotes populisque sequebantur. Uberrimè hac de re ex Varrone, & Senecâ pertractat Augustinus libro vi. de civitate Dei cap. v. Cæterùm naturalis Theologia, alia vera, alia falsa. Vera ex principiis naturalibus conclusiones elicit veras: Falsa ex principiis imperfectis & obscuris, intellectus & ratiocinationis errore, exstruit conclusiones falsas. Vera solum pars est philosophiæ. Quomodo ex operibus divinis naturâ duce non solum esse Deum cognoscimus; sed etiam esse potentem, sapientem, bonum. Potentem, qui hæc omnia condiderit. Sapientem, qui sic condiderit. Bonum, qui nostri causâ condiderit; nec modò condiderit, sed etiam conserver. Hæc quia naturæ lumine cognosci possunt, nunquam Deus ad atheos convertendos fecit miracula; sed multa edidit ad convertendos idololatras; quia ad cognoscendum verum Dei cultum non sufficit naturæ lumen.

§. 3. De hac Theologiâ sunt tres postremi libri Aristotelis Metaphysicorum.

Illam tamen *ἀνακτεφαιώσις*, quæ conjecta est in librum Aristotelis undecimum, non est Aristotelis: utilis interim. Uti & Theophrasti fragmentum egregium, quod superest.

§. 4. Extant & xiv libri Aristotelis inscripti de Theologiâ sive Philosophiâ mysticâ secundum Ægyptios, ut olim titulus erat, pro quo postea reposuere, de occultiore parte divinæ sapientiæ.

Qui ex Arabicâ linguâ Latinè versi fuere, primum à Mose Rouas, posteaque à Petro Nicolao Faventino: ob dictionis autem scabritiem recogniti, & interpolati à Jacobo Carpentario. Sed etsi hi libri ex Græcis Aristotelis versi Arabicè dicuntur ab Abenama, Saraceno quodam; non esse tamen Aristotele.

Stotelis, tum res, sive quæ eo opere dicuntur, tum etiam character ipse dicendi satis arguit.

§. 5. *Quanquam multa de Deo præclare scripta sint à Platone, accuratius tamen, apertiusque de iis egit Aristoteles.*

Platonici hac parte præferunt magistrum suum: à quo Theologiam totam doceri ajunt in Parmenide, sive de Ideis. Et agit quidem Plato eo in Dialogo, tam de causâ primâ, quàm de secundis & naturalibus: sed pleraque omnia logica magis sunt, quàm metaphysica: ut Galenus censet, & Marinus Procli successor. Et pro hac sententia esse videtur, quòd Zeno Eleates, quem loquentem inducit Plato, ab Aristotele ipso in Sophistâ dictus sit Logicen invenisse. Nec Procli de Platonis Theologiâ libri cum Aristotelicâ doctrinâ conferri merentur. Sunt enim mystici ac symbolici, ac nimis omnia ad suas *res idas* revocant. Occasionem autem tot *res idas* congerendi, cepit Proclus ex Platonis lib. 11. de Rep. ubi agit de tribus illis Dei typis, bonitate, immutabilitate, & veritate.

§. 6. *Platonis in Theologicâ scholâ, & compluribus post seculis successor fuit Plotinus Ægyptius: hujus inde discipuli Amelius, & Porphyrius; tum ab illis profecti, Iamblichus & Theodorus.*

Ita de isto Proclus Platonicæ Theologiæ lib. 1. cap. 1. Fuit verò & ipse Proclus, philosophus Platonicus, Syriani discipulus, Marini Neapolitani præceptor, ac scholæ præfuit Atheniensis. Trajani temporibus claruisse ait Erasmus Osvaldus Schreckenfuschius *, vir variis in Mathesi monumentis celebris. Pro- * *in vita Procli.*
que eo est, quod Suidas dicat, fuisse discipulum Plutarchi Chæronensis, qui Trajani fuit præceptor. Sed quomodo is meminerit Porphyrii, imò & Iamblichi, qui temporibus claruit Juliani imperatoris, annis post Trajanum multo amplius ducentis? Iam ipse fatetur Suidas, primum fuisse, qui post Porphyrium calamum amaroris plenum strinxerit adversus Christia-

nos? Ac Porphyrius claruit annis post Trajanum centum quadraginta ac deinceps.

C A P. XVIII.

DE PHILOSOPHIA ACTIVA.

§. 1. *Hactenus dictum de naturali scientiâ, quo nomine & universam metaphysicam complexi sumus. Sequitur Philosophia ενεργητική, sive activa.*

Prior illa male diu apud vulgus audivit. Pacuvii illud notum;

Quod ante pedes est, nemo spectat: cæli scrutantur vias.

Itaque & Philosophos vocabant μετεωρολόγους, quasi de rebus sublimibus nugantes. Primus autem Socrates à rebus occultis involutisque, ut ait Varro apud Ciceronem, Philosophiam avocavit, & ad vitam communem traduxit, ut de virtutibus & vitiis, bonis ac malis quæreret. Dicebat ille, quæ supra nos essent, nihil ad nos attinere. Quo etiam usus Aristo Chius, teste Laërtio. Idem Socrates distabat, uno versu Homerico summam totius Philosophiæ contineri; ὅτι πῖ ἐν μεγάροις, καὶ ἄν ὄντι πάντων. Atque hinc liquet, quæ de Socrate scribit in Nebulis Aristophanes, ea à Socratis ingenio fuisse alienissima. Sed vel finxit hæc poëta, vel securus est stulti popelli iudicium insubidum & infrunitum. Nec idcirco Physicem damnamus; sed negamus in Logicis vel Physicis consistendum. Nam qui solis vacant Logicis, sunt canum similes, qui semper rodunt vel latrant: Qui solis attendunt Physicis, similes sunt avium, quæ ambitione ingenii alta semper petunt: ut de utrisque scribit Plutarchus de Profectu in virtute.

§. 2. *Nata est hæc prudentia ἐξ ὀψιματίας, h. e. observatione.*

Nam prudens omnis est ὀψιματικός h. e. considerat quæ sæpius in vita contingunt, & causas eorum observat.

§. 3. *Phi-*

§. 3. *Philosophia πολιτική vel vitam & mores cuiusque instituit, unde ἡθική vocatur; vel demonstrat prudentiam regendarum civitatum, qua iccirco πολιτική dicitur. Illa docet hominum prudentiam in se ipsum, hac in alios. Rectè igitur Ethice definitur, pars ea Philosophia practica, qua prudentia communia principia explicat, ex principiis naturâ notis.*

Eo quod dicimus communia principia explicare, distinguitur à reliquâ Philosophia practica. At eo, quod dicitur nixa principiis naturalibus, distinguitur ab iis morum præceptis, quæ nonnisi è Scripturis ac divinâ revelatione cognoscimus. Uti est sanctificatio Sabbathi.

§. 4. *Finis Ethices est beatitudo civilis. Quæ præcipuè quidem consistit in actione secundum virtutem perfectam; attamen bonis etiam exterioribus promovetur atque exornatur.*

Cogitemus enim hominem malis externis affectum: quæ si parva sint, vix movent; si magna, movent, at non dimovent de statu. Nam relucet tum virtus in adversis ferendis: dum moerantur animi magnitudine, non ἀναισθησία, hoc est, stupore, & sensuum hebetudine. Felicitatis igitur principatus in animo consistit. Quam non tollunt adversa, attamen possunt eam θλίβειν καὶ λυμναίνειν & premere & commaculare. Nempe ut gerama luto quidem inquinatur, attamen sic quoque retinet decus nativum; ita beatitatis externa species externis istis commaculatur, at nativa pulchritudo & dignitas minimè deperditur. Atque ut res aliqua si prematur, non ed fit minor, sed minores accipit limites: ita & vir bonus ac prudens, si in magnas incidat calamitates, angustatur quidem, quia multæ actiones bonæ impediuntur: attamen non iccirco de statu dejicitur; sed magnitudinem & constantiam reservat, quæ etiam in adversis se exerit.

§. 5. *Subiectum, sive id in quo Ethice est, est anima humana.*

mana, quatenus apta est nata ad beatitatem civilem consequendam.

Nam Ethices est mederi affectibus, ἀπίσθημασι ψυχικῆς: quæ tantò sunt graviora corporis morbis, quantò anima est corpore præstantior.

§. 6. *Objectum, sive illud circa quod Ethice occupatur, sunt τὰ ἠθρ. sive mores; unde τὸ ἠθικὸς nomen accepit. Atque hac de moribus doctrina trifariam docetur. Nam Ethice est vel ἀδρανεληνῆ, vel χραενηνεισυνη, vel δοσμυληνῆ. Πραενηνεισυνη sive hortativa vel præceptiva nudis sententiis ac modis constat.*

Qualis Ethice Theognidis Megarensis, ac Christiani vel semi-Christiani Phocylidæ, & similium. Etiam Ethice ea, quæ Scripturis continetur, magis est ἀδρανεληνῆ, quam δοσμυληνῆ. Quemadmodum & origine ac fine differt. Origine, quia Ethice Philosophorum, ab ingeniosis hominibus est inventa & ordine explicata. At Ethice Scripturarum, dictata est à Spiritu S. Fine differt; quia Philosophia non tam sibi proponit beatitudinem civilem, quàm alterius vitæ beatitatem, ac Dei gloriam. Interim illa philosophorum est pars legis divinæ, & ut

* ad Rom. cap. 1. Apostolus ait * δικαιομα τῆ θεῆ.

§. 7. *Χραενηνεισυνη constat descriptionibus virtutum & vitiorum per signa atque effecta. Hac bifariam instituitur: per Apologos, quales Æsopici; & per morum notationes, quales Theophrasti.*

Cujus ἠθικὸς χραενηνεισυνη, opusculum auro magis aureum; If. Casaubonus capitibus aliquot ex Mso Palatino adauxit, Latinèque vertit, & commentario pererudito illustravit.

§. 8. *Δοσμυληνῆ sive δαδρανεληνῆ omnia accuratè methodo persequitur per definitiones, divisiones, & causas proprias.*

prias. In hac, si ordinem vel methodum spectes, omnes exsuperat Aristoteles.

Ethice ab Aristotele tribus est voluminibus perscripta. Primum duobus libris magnorum moralium, quæ ad patrem Nicomachum scripta existimantur, ubi breviter omnia decidit. Dubitabat vir summus, an esset Aristotelis. Putabat esse ἐκ Ἀριστοτέλους, ἀλλ' ἐκ τῷ Ἀριστοτέλους. Sed fallebatur. Nam ipse meminit libro 1. Analyticorum, cum ait, ὡσαυτὲ ἐφαίμεν ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς. Aliaque præterea Ethica scripsisse, arguunt illa verba eodem libro, ὅτι δὲ ἐνδεικτικὴ ἢ ὑπερβολὴ φθέρει, τὰ τ' ἰδεῖν ἐστὶν ἐκ τῷ ἠθικῶν. Alterum volumen constat octo libris Eudemiorum, qui ad discipulum Eudemum, ubi fusiùs rem quàm in magnis moralibus, tractat. Tertium volumen est decem librorum Nicomachiorum ad filium Nicomachum, qui cæteris pleniore & accuratiora. Demonstrationibus verò utitur tam exquisitis, quàm patitur rerum, de quibus tractat, natura. Itaque sæpius nos rejicit ad exoterica ejusdem argumenti. Probar e autem non possum sententiam doctissimi Plethonis Gemisti, qui censebat Aristotelem multa in Nicomachiis correxisse, editis postea illis ad Eudemum libris. Nam accuratius disserit in Nicomachiis, quam illis ad Eudemum. Ut audiendus non sit Plutarchus in Alexandro, vel Gellius lib. xx. cap. 4. vel Cæsar Scaliger lib. 11. de Re poëticâ, cap. 1. qui negant libros Ethicos esse Acroamaticos. Quod multi pari errore de Politicis tradunt. Rectius Alexander Aphrodisiensis in 1. Top. qui esse acroamaticos docet. Eumque sequuntur alii interpretes Græci. Ac eadem mens Ciceronis lib. v. de Finibus. Libris Ethicorum atque etiam Politicorum ab Aristotele relictis lucem dabunt Alexandri problemata, sive dubitationes morales. Item liber ejusdem, ὅτι ἐκ αὐτοκράτους ἢ ἀρετῆς πρὸς διδασκαλίαν. At Theophrasti, quæ hujus sint argumenti, pauca supersunt. Existat quoque libellus ἐπὶ ἀρετῶν sub Aristotelis nomine, editus Basileæ à Joanne Waldero, unà cum Aristotelis & Xenophontis Ethicis, Politicis & Oeconomicis. Anonymus iridem ἐπὶ ἀρετῶν editus ab Davide Heshælio.

S. g. Par-

§. 9. Partes Nicomachiorum Aristotelis sunt tres, una de fine, qua est beatitudo civilis; altera de subiecto, quod est anima humana; tertia de virtute, per quam anima humana fit compos beatitatis.

De fine, quia & primum est inventione, & ultimum executione, bis agit Aristoteles; nimirum XI I. primis capitibus libri primi, & quatuor extremis libri X. De subiecto, breviter agit capite XI I. lib. I. De mediis ad finem, reliquo agit opere. Ac prius generatim tum de virtute moralis agit lib. II. tum de principii actionum humanarum, prioribus quinque capitibus libri tertii. Deinde speciatim tum de virtutibus agit, tum de iis, quæ cum virtutibus quandam habent cognationem. Doctrina de virtutibus est bipartita. Nam de virtutibus singulis moralibus tractat reliquâ libri Tertii parte: nec non lib. IV. & V. De diænoëticis autem libro VI. Eorum doctrina, quæ virtutibus sunt cognata, est tripartita. Nam libro VI I. agit de virtute heroicâ, & ut vocant, semivirtutibus, nec non de voluptate & dolore, quatenus circa eas versantur virtus & vitium. De Amiticia autem agit lib. VI I I. & IX. De voluptate verò, quatenus est affectio summi boni, quinque prioribus capitibus lib. X.

§. 10. Porro Ethices non est solum agere de virtute, qua est bonum proprium, quod quisque sibi proponit; sed etiam de Officio erga alios, ubi sibi proponit bonum alienum.

Posteriorem hanc Ethices partem præclare tractat Tullius in aureis Officiorum libris.

§. 11. Nec uno ad virtutem modo contendimus. Vel enim diffidentiam virium nostrarum vitamus occasionem peccati; vel nihil metuentes per oblatam occasionem perrumpimus.

Pulchrum utrumque. Minus tamen est, cautè abstinere: plus, fortiter sustinere.

§. 12. Hæc

§. 12. *Hæc ostendunt Ethices utilitatem; qua tanta est, ut sine eâ inutilis sit reliqua Philosophia. Sola enim animi morbos depellit, ac sanitatem mentibus inducit.*

Quod & Pythagoras sensit; ut indicant hæc verba apud Sto-
bæum, ferm. LXXX. qui est eis τὸ ἐναντίον πρὸς γράμμάτων. Κενὸς
ἐκείνη φιλοσοφία λόγῳ, ὅφ' ἔμνησεν ἀνθρώπου πᾶσι θεοπροπέῃ).
ὡσαυτε ἰατρικῆς ἐκ ὀφελῆ, μὴ τὰς νόσους ἐκβαλέσθαι διὰ τῶν σωμά-
των, ἔως εἰς φιλοσοφίας, εἰ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς κακὸν ἐκβάλλῃ. Inanis
est illius philosophi oratio, qua nullam in homine perturbationem sanat.
Nam quemadmodum ea nulli usui medicina est, qua morbis corpora non
liberat; sic neque philosophia, nisi ab animis malum depellat. Ac si-
militer Plato epistolâ ad Aristodemum: Ἀκίω Δίωνῳ ἐν πῆς
μάλιστα ἐταῖρον εἶναι τε σέ καὶ εἴν, καὶ γερονέτω ἀφ' παλῶς, τὸ σφώτα-
τον ἦθῳ τῆς φιλοσοφίας παρεχόμενον. Τὸ δὲ βέβαιον, καὶ πιστὸν,
καὶ ὑγιές, τὴν ἐγὼ φημί εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν. Τὰς ἄλλας
τε καὶ εἰς ἄλλα τενέσας σοφίας τε καὶ δεινότητες, καμψότυτες οἶμαι
προσομοιωθῆναι ὀρθῶς ὀνομάζειν. *Audio te, & nunc, ut qui maximè, Dionis
esse familiarem, & toto vita tempore sapientiam morum ad Philosophiam
spectantium pratulisse. Nam constantiam, fidem, animi sanitatem, id ego
veram philosophiam esse pronuncio. Alias verò, & ad alia tendentes sa-
pientias solertiasque, ornamenta, & concinnitates si dixerò, rectè cen-
scam appellasse. Eam Ethices præstantiam præ reliquâ philoso-
phia etiam Sextus Empiricus agnovit. Ut qui cum philoso-
phiam tum ovo, tum animali comparasset, Ethicen quidem vi-
tello dicat similem, Physicen albumini; item Ethicen animæ,
sed Physicen carni & sanguini.*

§. 13. *Atque ex his etiam cognoscimus, Ethicen esse par-
tem legis moralis: posteriorem nempe decalogi partem,
ut non modò ejus sit usus ad finem, quem solum Aristo-
teles attendit; sed longè excellentiorem, quem Theologia
docet ac pietas Christiana.*

De Ethicis satis pro instituto.

DE POLITICE.

§. 1. Politice docet imperium in alios. Ejus mater, ut superius diximus, est historia civilis : ut qua nihil aliud sit, quàm historia sub exemplis.

Sive φιλοσοφία ἐν ᾠδηματάων, ut eam Polybius vocat. Eademque mens & antea Thucydidaë, & postea Dionysio Halicarnasseo. Utraque igitur, & Philosophia dico & Historia, propositam habet prudentiam. Sed Philosophia, præceptis instruit; Historia, exemplis. Qui modus non minùs utilis & certus. Nam, ut Aristoteles optimè sciscit, oritur prudentia ἐξ ὀπτασίως, ex observatione, eoque ut prudentiam consequamur, debemus esse ὀπταῖνδι, h. e. observatores eorum quæ in vitâ plurimùm eveniunt, & caussarum, propter quas contingunt. Quod & illi Afranii versus pertinent,

Vsus me genuit, mater peperit memoria,

Sophiam vocant me Graii, vos Sapienciam:

Imò præceptum sub exemplo melius docet, quàm exemplum sub præcepto. Nam in exemplo est negotium cum omnibus circumstantiis, quæ melius & certius id, quod in controversiâ est, restringunt. At qui præcepto exemplum subjiciunt, cogunt exemplum accommodare præcepto. De exemplorum usu, ac vi, ita Tullius pro Archiâ. *Quàm multas nobis imagines non solum ad intueundum, verùm etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas, scriptores & Græci & Latini reliquerunt? quas ego mihi semper in administrandâ Rep. proponens, animum & mentem meam ipsâ cogitatione hominum excellentium conformabam.*

§. 2. Duo autem genera historiarum maximè Politico, conducunt. Vnum est quod varias Respublicas, & gentium variarum leges ac jura narrat.

Quomodo Aristoteles, Alexandro iter in Persiam suscipiente, varias descripsit Respublicas : ac Theophrastus postea leges colli-

collegit. Utriusque operis meminit Cicero v. de Fin. *Omnium ferè civitatum, non Græcia solum, sed etiam Barbaria ab Aristotele mores, instituta, disciplinae; à Theophrasto leges etiam cognovimus. Aristotelis Respub. numero fuere CLVIII, ut ait Laërtius. Sed fortasse, quædam non fuere genuinæ. Simplicius enim in Categoriarum περιεγραμένους adducit Aristotelis γνήσιας πολιτικής, quasi quædam fuerint νόμοι. Et Joan. Tzetzes in Hesiodum non obscure indicat, se Orphomemiorum Remp. putare ab alio scriptam, quia dicit auctorem esse Aristotelem eum, qui peplum condidit. Idem & leges barbarorum descripsit; quod opus inscripsit νόμιμα βαρβαρικὰ. Meminit ejus Apollonius Dyscolus ἐν ἰστορίας θαυμασίας, quod opus juniores præter auctoris mentem inscripsere, ἐξικατεψευδμένων ἰστορίας. Etiam Laërtius indicat Aristotelem scripsisse libris duobus δικαίωματῶ, jura. h. e. quod jus obtineret quævis Græciæ civitas. Secundum hæc jura dirimebantur lites à judicibus, & magistratibus Græcis. Prius verò Aristotelem δικαίωματῶ quàm πολιτίας scripsisse, legere est in vitâ Aristotelis à veteri interprete versâ, & à Numefio editâ.*

§. 3. Præterea prudentiam maximè juvant historico- rum illi, qui res gestas exponunt, non quidem quod ad eventus solos: cujusmodi notitia ad νόμιματῶ potius, siue lites pertinet, sed accuratè additis causis, & modo quo singula contigerunt.

Itaque Severus Imperator, quoties de rebus magnis consilium capere vellet, in consilium etiam historicos adhibebat, ut ex iis cognosceret, quid in simili negotio Imperatores ac Duces alii fecerint.

§. 4. Multum quoque tum ad privatos mores, tum ad rem publicè gerendam, conferunt Imperatorum vita. Quales, quas Plutarchus, ac Cornelius Nepos scripsere.

Id exemplis clarius fiet. Quàm bonitas ac clementia conciliant animos hominum, cognoscere erit ex vitis Artaxerxis,

Longimanni, Titi Vespasiani, Trajani, Antonini Pii, & Antonini philosophi. Et quem non juvet videre, quanto facilis Achivos blanditiis in officio continuerit T. Quintius, quam vis agendo Spartanos & Messenios Philopœmenes? Quam splendor præclare gestorum imminuatur crudelitate, arguunt mores Alexandri, Lyfandri, Syllæ, & his similibus. Non minus esse tueri aliquid, quam acquirere, ostendit Pyrrhus, qui rebus sapius fortiter gestis, tot victorias corrumpebat; ut de eo dixerit Antigonus, scire aleam jacere, sed nescire jactu uti. Tolerandas esse iniurias docet Pericles; qui cum moribundus audiret facta sua prædicari ab amicis, ajebat se laudum suarum supremum putare, quod sui causa nemo unquam vestem pullam induisset. Quantopere fidem iis habeamus, qui plus nobis sapere, ac præterea bonæ fidei existimantur, indicio erit Pompejus, cui nihil æquè conciliavit populum Romanum, quam quod idem & prudens & à fraude atque injuria inferenda, alienus videretur. Quam ambitio sit noxia, arguit, quod nihil æquè eundem Pompejum perdiderit. Imperatorem potius opibus militum studere, quam suis oportere, exemplo fuerit Agesilaus, qui ditare milites, quam ipse ditescere malebat. Item Aristides, qui Persarum victor, & mox Græciæ totius censor, post tantas occasiones accumulandi opes, tenuior, quam abierat, rediit domum. Spernere hostium dona docet M. Curius, qui scitilibus & rapis contentus, aspernatus est aurum Samniticum; item Phocion, qui respuit dona Alexandri M. & tenuitate apparatus, ad quem legatos invitaverat, non indigere se iis comprobavit. Pro patria etiam appetendam esse mortem, cognoscimus ex Deciiis, se pro ea deoventibus; Item ex Philænis fratribus, qui se iussere defodi vivos. Quam malam gratiam sæpè referant bene meriti de Repub. demonstrant exempla Miltiadis, in carcere obeuntis, Phocionis necati, Coriolani, Camilli, Ciceronis exilium, Scipionis Africani indignè aded tractati à suis, & sponte abeuntis in exilium, patriæque etiam ossa sua invidentis. Satis hanc rem vidit Lupus Ferrariensis: quando sic ad Regem Carolum Calvum scribit: *Imperatorum gesta brevissime comprehensa vestra majestati offerenda curavi, ut facile in iis inspiciatis, qua vobis vel imitanda sunt, vel cavenda. Maxime autem Trajanum & Theodosium*
 sug-

suggero contemplandos, quia ex eorum actibus, multa utilissima poteritis ad imitandum assumere.

S. S. Nec satis est, si antiqua tempora sciamus: sed cognoscenda etiam ea, quae nostro patrumque aeo gesta sunt. Ut bene de humano genere mereantur, qui nostri temporis historiam, aut vitas eorum, qui nostrorum patrum aeo vixere, posteris produnt, ac prudenter sibi consulant, qui isthac legunt, veteraque & nostra tempora inter se componunt.

Optimis quibusque ingeniis magna admiratio esse solet temporis antiqui: neque id citra causam. Eximiae enim vel bonitatis vel fortunae argumentum est posse in rebus hisce caducis, tibi alia semper aliis succedunt, eludere communem sortem, multisque saeculis perennare. Quod etsi fateamur non inviti, non tamen stultè adèd sapere oportet, ut propterea, quae praesens aevum protulit, contemnamus. Multa enim nunc etiam fiunt, digna hominum memoria, quae ipsa si posteris tradentur, aliquando antiqua erunt, nec minori voluptate animos implebunt: Accedit quòd multa à veteribus, praecipuè Græcis, prodita sunt usque adèd à fide aliena, ut nec Catoni quidem de his, imò nec Mercurio credere possis. Hac saltem parte beatiora sunt tempora nostra, quia, etsi ne nunc quidem desint homines vasi, supersint tamen alii viri boni, atque oculati omnium testes, à quibus veritatis amantes cognoscere possint, quid fidei consonum sit, quid ab eà alienum. Quamobrem eorum studium laudandum puto, qui avidè etiam, in res suae aetatis inquirunt, eaque memoriae consecrant: praesertim si id fiat ab obitu illorum, quorum gesta produntur. Nam etsi etiam utile est laudari superstium virtutes, quia laudata virtus crescit: tamen ab excessu hominum minùs esse invidiae solet, fidei plus, quoniam minor est adulationis suspicio. Ut Pescennius Niger (etsi severius fortasse, quam par erat) non tamen de nihilo planè, cum ei Imperatori factò panegyricum quidam recitare vellet, eum affatus sit hoc modo: *Scribe laudes Marii vel Annibalis, vel alicujus duci optimi viri functi, & dic quid ille fecerit, ut nos eum imitemur. Nam viventes*

laudare, irrisio est. Nec modò laudari merentur Imperatores virique Principes, de quibus hic Pescennius videtur loqui, sed etiam, quorum illi consilio vel armis prudentissimè gubernant Remp. vel fortiter rem gerunt. Neque enim omnis in bello Trojano laus erat penes Atridas: sed erat quod Nestor ac Ulysses sibi, erat quod Achilles, Diomedes, Ajax, alii sibi vindicarent; quos non minùs celebrat Homerus. Quare talium quoque vitas introspicere oportet, ac posteritati commendare, ut inde (quemadmodum de Captivis suis Plato ait) boni fiant meliores.

§. 6. Nec solum ex civili historiâ hauritur prudentia; sed etiam ex Ecclesiasticâ.

Sed ex eâ imprimis prudentiam Episcopi ac Theologorum filii haurire possunt.

§. 7. Politice dividitur in οικονομικὴν sive domesticam, & eam, qua propriè magis πολιτικὴν sive civilis vocatur.

Oeconomicen esse Aristoteli Politices partem ostendit, quod eam tradit lib. 1. Polit. Idem de Aristotele Laërtius tradit in ejus vitâ, similiterque Anatolius in fragmentis Mathematicis. Nec propterea errant, qui contendunt, ut triplex est actio honesta, singulorum hominum, integræ familiæ, & totius civitatis; ita quoque triplicem esse Philosophiam *οικονομικὴν*. unam moralem, quâ quisque se bonum reddit; alteram domesticam, quæ familiam curat; tertiam civilem, quæ docet administrare Remp. Nam de familiâ agitur bifariam: absolutè, sive quâ totum & quâ pars civitatis: sive quatenus familiæ subji-ciuntur Reipublicæ. Priori modo consideratur in Oeconomicis, ut per se disciplinam constituit. Posteriori modo spectatur in Politicis.

§. 8. Oeconomices partes sunt duæ: una circa homines versatur, altera circa rem familiarem, seu facultates.

Haa

Has enim duas esse domus partes rectè ait Aristoteles Oeconomicorum lib. I. cap. 11.

§. 9. *Pars ea, qua ad homines pertinet, est triplex pro triplici societate. Prima est societas maris & femina: Altera parentum & liberorum. Tertia heri, sive domini & servi.*

Ita dividit Aristoteles Oeconomicorum lib. I. cap. 111.

§. 10. *In Oeconomicis legendus liber primus Politicorum Aristotelis. Item qua Oeconomica inscribuntur.*

Eorum unum duntaxat librum agnoscit Laërtius. Hodie duos habemus. Sed non possum mihi persuadere, posteriorem ab eodem fonte esse. Nec enim verisimile fit, Aristotelem tot voluisse congerere exempla, quibus tyranni possent cives expilare. Respondent, adferre ea, non ut imitentur principes viri, sed ut doceat alios, quid fieri soleat. Verùm non est Aristotelici moris, in tam brevi libello tot condensare exempla: præsertim, rei foedæ, quam, qui narrat, docet.

§. 11. *Aristoteli addatur quintus Xenophontis liber de Memorabilibus Socratis dictis, qui Oeconomicus inscribitur.*

Eum primus è junioribus vertit Raphaël Volaterranus; hinc Ludovicus Strebæus: postea aliquanto melius Camerarius: attamen, quia festinandum foret, negat se satisfacere sibi potuisse; denique accuratissimè transtulit Leunclavius: utinam tamen exstaret tralatio M. Ciceronis; è quo pauca apud Columellam, & Grammaticos supersunt. Sed integrè se vertisse, ipse ait lib. 11. de Officiis: ac meminit quoque Hieronymus præfat. in Eusebium. At non satis video, quid Varronem moverit, ut tralationis suæ libros tres potius faceret, quàm unum: cuius rei est testis Servius in 1. Georgicôn.

§. 12. *Politice propriè dicta, ex omni Philosophiâ postrema.*

mo discitur : quàm docendi viam etiam Pythagoras inire solat.

Atque id consilium etiam probat B. Augustinus lib. 1. de Ordine ad Zenobium, quem librum his claudit verbis: *Quod Pythagora mentionem fecisti, nescio quo illo divino ordine occulto tibi in mentem venisse credo. Res enim multum necessaria mihi prorsus exciderat, quam in illo viro, siquid literis memoria mandatis credendum est, (quamvis Varroni quis non credat?) mirari, & penè quotidianis, ut scis, efferre laudibus soleo; quòd regenda Reip. disciplinam, suis auditoribus ultimam tradebat, jam doctis, jam perfectis, jam sapientibus, jam beatis, Tantos enim ibi fluctus videbat, ut eis nollet committere nisi virum, qui & in regendo penè divinè scopulos evitaret, & si omnia defecissent, ipse illis fluctibus quasi scopulus fieret. De solo enim sapiente verissimè dici potest; Ille velut pelagi rupes immota resistit.*

Et cætera, qua in hanc sententiam versibus dicta sunt.

§. 13. *Doctrinam hanc plurimum conferre ad rectè imperandum, soli negant imperiti.*

Verius Senatus ille Romanus, cum eligeret Tacitum Imperatorem: *Neminem aut justus, quàm gravem virum, aut prudentius, quàm doctum imperare posse.*

§. 14. *Subjectum Politices est civitas seu civium multitudo.*

Nihil enim aliud civitatem dixeris, quàm conventiculum hominum salubri juris legumque vinculo invicem sibi sociatorum.

§. 15. *Finis Politica est duplex, internus & externus. Internus est Respublica, quippe forma civitatis sive multitudinis.*

Idcirco Respublica Aristoteli semper definitur per *πῆξιν*, ut lib. 111. Polit. cap. 14. cap. 1. Respublica igitur ad civitatem se habet, sicut anima sive vita ad corpus.

§. 16. *Externus Politica finis est beatitudo publica: ad quam per Reip. constitutionem devenit civitas.*

ER

Est igitur Politica domina ac regina artium & scientiarum : ut cujus finis sit, quemadmodum Cicero ait, *ut cum florens ac prospera privatorum salus, beata civium vita; tum opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla, virtute honesta Respublica sit.*

§. 17. *Præter hunc principalem finem prodest civilis scientia ad cætera studia omnia.*

Grammatico quidem conducit in poëtis, historicis, oratoribus intelligendis & explicandis; quippe in quibus multa aded sunt ad civilem vitam pertinentia. Conducit Oratori in curia, foro, legationibus; sæpè enim tractandum de argumento civili. Conducit Poëtæ, præsertim epico & tragico, qui argumentum tractant civile. Conducit Historico, quia Historia nihil aliud est, quàm φιλοσοφία πολιτική per exempla. Conducit Jurisprudentiæ, quia ea pars est civilis facultatis. Imò olim Jurisconsulti non solum de rebus privatis, sed publicis etiam consultebantur. Conducit Theologo, ut melius intelligat, quæ ad πολιείων Mosaicam pertinent, quæque de Davidis, & aliorum Regum institutis referuntur.

§. 18. *Politices origo ex Rerumpub. origine dependet. Rerumpublicarum origo est ex vicis, uti vicorum ex familiis, familia ex naturâ, quæ hominibus insevit amorem procreandi liberos. Unde apparet scientiam civilem esse naturâ ipsâ subnixam.*

Primâ enim societas est domus. Cujus caussa est natura, quia homini insita est cupido gignendi liberos: Ex appetitu hoc est connubium, cujus fructus liberi. Sed ad hos tuendos & servandos opus est servitio aliorum. Ut duæ hæ societates maritales, & heriles, omnium sint primæ. Triplex igitur imperium in eadem domo erat: mariti in conjugem, parentum in liberos, herile in servos. Sed liberis multiplicatis nova quærebantur connubia, & affinitates; unde plures propinqui, qui in alias exiêre domos, velut colonias. Atque ab ea propagatione originem habent vici, ex vicis postea civitates. Natura igitur prima est Rerumpub. caussa. Cui accessêre duæ aliæ, indigentia & in-

& injuriæ. Indigentia quidem, quia, quisque quod non haberet, ab alio petere habebat necesse; unde majores societates vitæ. Injuriæ autem, quia ferè ita fit, ut potentior vi eripiat aliena. Ergo, ut injuriis resisteretur, opus fuit homine prudente, justo, potente: prudente, quod discerneret æquum ab iniquo; justo, ut vellet cuique, quod ratio & æquitas jubent: potente, ut imbecilliores defendere, immorigeros posset cogere. Hæc igitur caussa est, cur imperium uni conferretur. Sed unus ille interdum in tanta potestate pleraq; ex lubricitate magis agebat, quàm æquo & bono. Vel ut à primis optimè regeretur, degenerabant tamen successores. Unde injuriæ non jam civium inter se, vel potentium in proximos, sed principum in cives. Propterea interfecto Principe, imperium commissum pluribus viris bonis, vel qui tales viderentur. Ita ab regno unius ad optimatum imperium est devenum. Sed his quoque vel malè utentibus sua potestate, vel degenerantibus illis, qui successerant, populus ipse potestatem in se recepit: usquedum in ejusmodi imperio, diffidio, vel aliter ad unius iterum vel plurium potestatem veniret, atque ita varia imperandi ratio in orbem iret.

§. 19. *Politica hujus partes sunt duæ, civilis & militaris: illa est de administratione Reipub. qua generis nomine πολιτικὴ dicitur; altera de re bellicâ, qua στρατηγικὴ sive Imperatoria vocatur.*

Hæc duo iccirco etiam in historicis exemplis observari convenit. Hinc Tullius; *Unde facilius, quàm ex annalium monumentis, aut res bellica omnis, aut omnis Reipub. disciplina cognoscatur?*

§. 20. *Prior pars dividitur in partem de legibus ferendis, & alteram de legibus exercendis.*

Similiter Jamblichus in vita Pythagoræ; ubi has Politicæ; sive, ut ipse ait, justitiæ partes vocat νομοθετικὴ καὶ δικαστικὴ. Etiam duo hæc munera, legislatoris & judicis boni, in principe exigit Manuël Palæologus Augustus in præceptis educationis Reginae ad Joannem Filium, Tit. LI. Νομοθέτης μὲν ὁ βασιλεὺς,

καὶ κρίτης ἢ ἕω' αὐτὸν ἀναδέδεικ'. *Manifestum esse regem constitutum legislatorem, judicemque hominum.* Et mox Ἐΐη δὲ ἂν καὶ βασιλεὺς ἀγαθός, καὶ νομοθέτης χρηστὸς, καὶ κρατὶς ὡς ἀεὶς, ἀρχόντω καὶ νομοθέτην, καὶ κρατὴν ἑαυτοῦ ποιήσῃ, καὶ ὡς ἐνὸν μιμηθῇ τὸν αἰώνιον αὐτοκρατορεα, τὸν αὐτῷ τὸ σπῆτρον ἐγχρεῖσται. *Idem verò bonus rex fuerit, & legislator utilis, & judex praestantissimus, si principem & legislatorem, & judicem sibi ipse constituet, pròque viribus imitabitur aeternum illum imperatorem, qui sceptrum ei dedit in manus.*

§. 21. *Duarum quas diximus partium praestantior est νομοθετικὴ, quia facit ne mali fiamus: δικαστικὴ solùm hoc, ut ex malis reddamur boni.*

Est hæc sententia Jamblichi in vitâ Pythagoræ, ubi potio-rem esse νομοθετικὴν probat similitudine à morbis corporis. Nam, inquit, plus est præstare, ne in morbos incidas, quàm mederi ægrotanti. Proinde & plus erit cavere, ne quis malus fiat, quàm procurare, ut quis ex malo reddatur bonus. Atque eodem spectasse videtur Plato, qui rogatus à Dionysio Syracusano, quòd esset officium principis? respondit, reddere cives bonos: quod omnino fuit præter exspectationem Dionysii: Putabat enim dicturum, si benè judicia exerceret. Quod dici maluisset, quia hac parte sibi placeret. Itaque mox Platonem rogavit, quid ei de δικαστικῇ videretur: ille respondit, τὸ δικάζειν esse exiguam muneris Politici partem. Auctor Eusebius in Chronicorum Canonum reliquiis Græcis lib. 1. pag. XLVI. edit. Scaliger. De hac parte sic scribit Clemens Alex. Στρωματ. lib. 1. Πολιτικὴν γ' ἐν (Μωϋσῆς) διηκόνησεν ἀγαθῶν· ἢ δὲ ἐστὶ, τρεφὴ ἀνθρώπων καλῆ καὶ κυριωτάτη· αὐτὴ καὶ τὴν δικαστικὴν μετεχειρίζετο, ὅπως ἂν εὖ διαποικίλῃ τὰ ἀμαρτανόμων, ἐνεκεν τῷ δικαίῳ. οὐσίχῃ ἢ αὐτῇ, ἢ ἐλαστικῇ, τῷ καὶ τῶν ἐλαστικῶν μετὰ ὀπισθημονικῆς ἔσσι. ἐλαστικὴ ἢ ἔσσι, δόξωσις ἐστὶ ψυχῆς. *Submisit itaque (Moses) bonum administrande Reip. rationem. Ea autem est bona educatio hominum in societate. Iam verò facultatem tractavit judicariam, qua scientia est corrigens peccata propter id quod justum est. Ejusdem autem cum eâ ordinis est puniens facultas, qua scientiam tenet moderandarum castigationum. Cum autem castigatio sit, correctio anima est.*

§. 22. *Iudicia (circa quæ δικαστικὴν versari diximus) vel publica sunt, vel privata. Publica sunt de criminibus, privata de controversiis.*

Cicero pro Cæcinnâ: *Omnia iudicia aut distrabendarum controversiarum, aut puniendorum malefactorum causâ reperta sunt.*

§. 23. *Præcepta de administratione Reip. haurire est partim ex Platonis de Rep. & legibus libris: partim ex Politicis Aristotelis.*

Quorum decem libros citat Petrus Victorius in Rhetor. lib. 1. Nunc octo solum habemus: Imò vetus etiam interpres negat, se partem Politicorum extremam, sedulo licet quæsitam, invenire potuisse. Præterea cum Aristoteles Ethicorum lib. ult. cap. ult. dicat se in politicis velle optimam Reip. constitutionem per omnes deducere ætates, suasque singulis partes tribuere, in iis, quæ habemus, non ultra adolescentiam pertingit. Adhæc lib. 1. Pol. cap. ult. ait se postea de virtute mulierum acturum; & lib. vi 1. cap. x. feribit se opere hoc de servis tractare velle; ac nec ista hodiè in his libris leguntur. Ut, quin pars eorum ultima desideretur, minimè sit ambigendum. Eam partem conatus Græcè supplerere Cyriacus Stroza. Sed optandum erat, ut ne Platonis vestigiis tantoperè institisset: sed potius ex variis Aristotelis locis observasset, quæ ejus sit philosophi sententia, ac historiâ ejus partem, & methodo Aristotelis observatâ, hæc literis comprehendisset. Satis autem dolere non possumus, quod perierint sex Ciceronis libri de Repub. Nunc vix quicquam superest, præter somnium Scipionis. Ex quo divino fragmento satis conjectare licet, quantum eruditionis & industriæ universi operi impenderit M. Tullius.

§. 24. *Ad partem Politicis, quæ est, de Administratione Reip. pertinet παιδαγωγική, sive cura puerilis institutionis: quam Græcorum plerique exceptis Spartiatis, penè negligebant.*

Testis Xenophon.

§. 25. *Item*

§. 25. *Item pertinet ad eam partem ἡγετικήν, sive cura religionis.*

Non quasi ipsi Reip. præferti sint Religionis interpretes, vel Sacerdotes habeant ἀρχὴς πολιτικὰς: sed quia præfertos Reip. oporteat ante omnia prospicere ab iis, qui præsint rebus divinis.

§. 26. *Posteriorem Politicæ partem, quam de Re militari esse diximus, damnant aliqui, ut Dei verbo adversam. Sed nisi bona hæc ars esset, non diceret David 11. Sam. cap. XXI 1. 35. Docet manus meas ad bellum. Item alio in Psalmo: Benedictus dominus, qui docet manus meas ad prælia.*

Quod enim Deus docet, id est bonum, cum Deus non sit mæ læ artis magister.

§. 27. *Nec tamen tantus ejus hōnos, ut martyrum ordinibus inferendi sint, qui in bello occumbant.*

Nicephorus tamen Phocas imperator, magno studio legem ferre conabatur, quâ statueretur, omnes in præliis occumbentes, martyrum honoribus ornandos esse. Quemadmodum scribit Michaël Glycas, annalium parte IV. * Atque is ait, inde hoc factum, * 1. p. 32. quia non in aliâ re salutem poneret, quàm in bello. Sic sanè senserit de salute Reip. sed tamen puto ulterius spectasse; nempe, quod milites, si tales sint, quales oportet, pugnent pro aris & focis. Verùm, si vulgum spectes, quantillus eorum numerus! Ut ex paucissimis, propè dixerim, totidem

— quot divisis ostia Nili,
non debeat, judicium ferri de universis.

§. 28. *De re bellicâ, legendus Onofander.*

Transtulit Joachimus Camerarius. Addendus Vegetius & alii, quos edidit P. Scriverius.

§. 29. *Ad hanc Politicæ partem pertinent scriptores Tactici: hoc est, qui scribunt de ordinibus militaribus instituendis.*

Ut Æneas in commentariis, quorum epitomen Theffalus Cineas conferit, is, qui Pyrrho Epirotarum Regià consiliis fuit. Æneæ hujus Ælianus, & ante eum Polybius meminit. Primus ejus *παλιὰ* Casaubonus divulgavit. Qui & Æliani *παλιὰ* ex Regia bibliotheca à se emendata, & observationibus illustrata, edere decreta; ut ex præfatione ejus in Polybium cognoscimus. Sed mors prævenit summum virum. Qui verò ante Ælianium hoc argumentum tractaverint, cognoscere est ex ejus scriptoris cap. 1.

§. 30. *Eodem pertinent stratagematum scriptores.*

Ut è Latinis Frontinus: è Græcis Poliaenus, qui Imp. Antonini, & Veri temporibus vixit, ac venusta dictione (orator nempe & patronus) VI II. libros condidit, de Stratagematis Græcorum, Romanorum, Barbarorum. Atque hunc etiam scriptorem ære suo emptum; primus Græcè edidit Casaubonus.

§. 31. *Modestus de vocabulis rei militaris scripsit ad Tacitum Augustum.*

Qui imperare cœpit anno Chr. cc LXXV. imperiumque ducentis tantum tenuit diebus. Jussu Cæsaris ea consignasse, ipse indicat extremo libello verbis istis; *Hac Martii operis præcepta, per diversos auctorum libros dispersa, Imperator invicte, mediocritatem meam abbreviare jussisti, ne vel fastidium nasceretur ex plurimis, vel plenitudo fidei deesset in parvis.* Tantis imperator vidit non posse res intelligi, nisi vocabulis priùs perspectis. Nunc de rebus sibi judicium vindicant, qui neque vocabula didicerunt. Grammaticos vocant, qui ista sciunt, ipsi *ἀρχαίμαχοι*.

§. 32. *Hero junior Belopæica, sive de machinis bellicis opus reliquit.*

Quod Augustæ Vindelicorum prodiit anno cto Io cxvi. Latinè vertit, ac notis etiam illustravit Franciscus Barocius, patrius Venetus.

§. 33. *Sub*

§. 33. *Sub Augusto Casare claruit Vitruvius, qui in decimo tractat de machinis bellicis.*

De hoc & multis aliis accuratius nos in Mechanicis scriptoribus.

§. 34. *Qui verò solo usu militiam disci arbitrantur, facile refelluntur multorum Imperatorum exemplis, qui militia ante rudes atque ignari, cum omnium admiratione, literarum beneficio, brevi spacio res maximas gessere.*

Ut Xenophon, qui è Socratis schola ad Cyrum profectus decem hominum millia ab extremis Persarum finibus per hostiles terras domum reduxit, & ita reduxit, ut quicquid se opponere auderet, devinceret. Et quantus bello L. Sylla fuit? de quo sic Sallustius bello Jugurthino. *Sylla gentis patricia nobilis fuit, familiã propè extinctã majorum ignaviã, literis Græcis atque Latinis juxta, atque doctissimè eruditus. Et paullo post: Sylla, postquam in Africam, atque in castra Marii cum equitatu venit, rudis antea & ignarus belli, sollertissimus omnium in paucis tempestatibus factus est. Atque erant Syllæ similes alii ex nobilibus, unde eos Marius, homo novus & agrestis, fugillans, ait apud eundem historicum: Quia illi literis, egò militando didici. Accedat his L. Lucullus, quem commendant, ut IV Acad. Quæst. ait Cicero, cum magnum optimarum artium studium, tum omnis liberalis, & digna homine nobili ab eo percepta doctrina. Is ad Mithridaticum bellum missus à Senatu, non modò opinionem vicit omniam, qua de virtute ejus erat, sed etiam gloriam superiorum. Idque eo fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria non admodum expectabatur, qui adolescentiam in forensi operã, questura diuturnum tempus, Murrã bello in Ponto gerente, in Asia pace consumserat. Sed incredibilis quadam ingenii magnitudo non desideravit INDOCILEM VSVS DISCIPLINAM. Itaque cum totum iter & navigationem consumisset, partim in percontando à peritis, partim REBUS GESTIS LEGENDIS: in Asiam factus imperator venit, cum esset Romã profectus REI MILITARIS RVDIS. Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit praliu, op-*
pugna-

pugnationibus, navalibus pugnis, totiusque belli instrumentis & apparatus, ut ille rex, post Alexandrum maximus hunc a se majorem ducem cognitionem, quam quemquam eorum, quos legisset, fateretur.

§. 35. *Activa philosophia proles est Jurisprudencia, ut vox ipsa indicio est; sive illud spectemus, quod juris, sive quod prudentia dicatur. Partim autem ad moralem, partim ad civilem philosophiam pertinet. Nec enim satis est, si legislator sciat, quid requirat justitia & aequitas naturalis, quod in Ethicis docetur; sed præterea ei dispiciendum quid societas humana ferat, quidque gentis mores & Reip. forma patiantur.*

Unde Soton interrogatus, an optimas civibus suis leges dedisset; Optimas, inquit, ex iis, quas ipsi accipere voluissent. De Jurisprudencia vera pulchrè agit Bodinus, in præf. ad Textorem ante Methodum historiae.

§. 36. *Quatenus Politices filia est, nascitur ex priori parte, quæ est de administratione Reipublicæ.*

Alii partem ejus esse partis ajunt; de quo non contendo. Parrum enim refert, utrum dicas legum scientiam esse Politicæ *Ἐπιπολιτικῆς*, ut ad eam se habeat, tanquam filia ad matrem: an verò partem, ut laxius Politices vox accepta disciplinas, alias comprehendat.

§. 37. *Quam necessarium sit studium Juris, eo ostenditur, quod sine legibus constare nequeat Respublica.*

Nam lex est *justi injustique regula*: ut ait L. Seneca lib. iv. de Beneficiis, cap. xii. Et quomodo sine legibus tuti essemus ab hominibus improbis & audacibus? Unde Ovidius lib. iiii. Fast.

Inde data leges, ne fortior omnia possent.

Sed non est hujus loci deprædicare legum necessitatem: præsertim cum tam multi de legibus scripserint, non modò juniorum, sed veterum etiam; ex quibus tamen nonnulli adhuc inediti in bibliothecis adservantur: uti in Vaticanâ Nicephorus Blemidas, ac Michaël Psellus, qui de legibus duos scripsit libros.

§. 38. *Id*

- §. 38. *Id quod non nesciebant Imperatores Romani, qui Jurisconsultos magnis honoribus & titulis afficiebant.*

Caligulæ sanè ætate erant Jurisconsulti ex ordine equestri: quâ de re vide Sam. Petitem Observat. lib. 1. cap. 10. Sequentibus quoque seculis Jurisconsulti Imperatorum parentes atque amici dicti sunt; vocati & magnifici, nobilissimi, honorati, splendidissimi, aliisque elogiis ornati; ut ostendit Franciscus de Petris, Jurisconsultus Neapolitanus lib. 1, Festivaram Lectio-
num cap. VII. * Ubi illud etiam memorat, ut à summo Pontifice Gallix rex, & Angelus Perusinus Jurisconsultus ad pacis osculum fuerint admissi: cum principes, qui unâ erant, & magnates olim solum ad pedum osculum admitterentur. Addit simile ferri de Bartholomæo Capuâ, Jurisconsulto Neapolitano, qui Regi Roberto per Urbem deambulanti latus clauderet, sæpius etiam cum eo in mensâ discumberet. * pag. 80.

- §. 39. *Ius omne collectum est ex præceptis naturalibus gentium, & civilibus. Natura jus est, quod multa animantia cum hominibus habent commune: sed sic, ut bestia id faciant incitatione natura, quod homines faciunt ratione. Ius gentium est in iis, quæ multa animantia non faciunt, sed omnes homines conveniunt fieri oportere. Ius civile est, quod non omnes statuunt homines; sed multitudo aliqua in unum congregata constituit.*

Desunt hic nonnulla.

- §. * * * *Fuit Trebonianus.*

Tribonianum hunc valdè laudat Iustinianus in præm. Instit. ubi eum vocat, *virum magnum, cujus solertiam & legum scientiam, & circa suas iussiones fidem, jam ex multis rerum argumentis ac-*
X
cèpe-

ceperit. Sed Procopius lib. I. rerum Persicarum ait fuisse hominem avarum, qui lucri amore jus non metueret violare. Hesy-chius Milesius sive Illustris, & Suidas scribunt fuisse impium & alienum à religione Christianâ, sc̄dumque adulatorem : ut qui Justiniano Cæsari persuasum iret, non moriturum ipsum, sed unâ cum corpore in cælos raptum iri, quod ipsum quoque tradit Procopius in Historia arcana, unde proculdubio hausit Suidas. Verum de hoc Triboniano & de ceteris Jurisconsultis pluribus agemus scripto singulari.

C A P. XX.

DE ELOQUENTIA TUM ORATO-
RIA, TUM POETICA.§. 1. *Etiam Philosophia proles est Eloquentia.*

Unde Rhetoricen Politices stolonem vocat Aristoteles lib. I. Rhet. Quod pluribus declaravimus lib. de Nat. & const. Rhetorices.

§. 2. *Et veteres eam conjungere cum Philosophiâ so-
lent.*

Sic, ut Cicero dicat penè initio lib. II: de Divinatione: *Aristoteles, itemque Theophrastus, excellentes viri cum subtilitate tum copiâ, cum Philosophiâ dicendi etiam praecepta conjunxerunt.*

§. 3. *In causa est, quòd eadem dicit Orator, ac Philosophus, sed aliter dicit: quia Philosopho satis est, se munda ejus sit supellex, nec curat, utrum fictilibus, an aureis vel argenteis vasis sua prabeat fercula. At non sufficit id Oratori, qui ornate & magnâ cum dignitate explicat sensus suos.*

Quod sanè plurimum facit ad persuadendum. Nam qui solum Philosophus est, non Orator, utcunque hoc sæpè agat, ut melio-

meliores reddat alios; non tamen tam facilè id perſuaſerit, quàm ſi idem fuerit Orator.

§. 4. *Hac utilitas apparet in ſcriptis eorum, qui diſertè adèd de Philoſophiâ ſcripſerunt, idque ut meliores redderent cives, imprimis juventutem; quo nihil Reip. utilius, vel neceſſarium magis.*

Itaque Cicero propè initio lib. 11. de Divinat. cum dixiſſet, ſe in utroque elaboraſſe, ut & tam multa de philoſophia civibus ſcriberet & de eloquentiæ præceptis, (quorum utrumque, quanta præſtiterit facundia, nemo non videt) hanc mox operam ſuam verbis iſtis commendat: *Quod munus Reipub. afferre majus meliusve poſſumus, quàm ſi docemus atque erudimus juventutem? his præſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, ut omnium opibus refrenanda atque coercenda ſit. Nec verò id effici poſſe conſido, quod ne poſtulandum quidem eſt, ut omnes adoleſcentes ſe ad hæc ſtudia convertant: pauci utinam, quorum tamen in Rep. latè patere poterit induſtria. Eaque illuſtri ſententia sæpè me ſoleo in his laboribus, quibus jam annos tot publicè doctriinarum ſtudia profiteor, nec ſcribendo minùs prodeſſe cùm aliis ſtudeo, tum præcipuè juventuti. Ciceroni verò hac etiam parte non inutilem ſuam fuiſſe induſtriam, oſtendunt, quæ continuò ſubjungit: *Equidem ex iis etiam fructum capio laboris mei, qui jam ætate proſecti, in noſtris libris ac quiſcunt: quorum ſtudio legendi meum ſcribendi ſtudium vehementius indies excitatur: quos quidem plures, quam rebar, eſſe cognovi. Quod utrum de noſtra etiam xi amplius annorum opera dici mereatur, melius, ut arbitror, alii judicabunt. Mihi interim conſcientia fatiſ amplum eſt theatrum. Ac ſi quid detractum per obtrectatores induſtriæ noſtræ & tam promptæ ad benè merendum voluntati, id Deus in cœlis abundè reſpondet.**

§. 5. *Eſt verò duplex Eloquentia, Oratoria & Poëtica; ac utraque facultas eſt Philoſophia instrumentum: non quale Logica, qua instrumentum eſt ad cognoſcendum, unde totius eſt Philoſophia organum; ſed*

*ad agendum , eoque soli Philosophia practica in-
servit.*

Tum profram eloquentiam five Rhetoricen, tum versam five ligatam, quam Poëticam dicimus, ad intelligendas res naturales minimè requiri, satis arbitror apertum. Sed neque eà ad res morales intelligendas opus est, cum vir bonus esse possit, qui non sit eloquens; nec Orator vel Poëta hoc agat, ut ipse, sed ut alius melior reddatur. Imò neque Philosophiæ civilis sunt instrumenta, si cognitionem Philosophiæ ejus attendas, cum ad eam intelligendam, nihil proficit, quod eloquens sit: Sed proficit Logica, quam universale ad Philosophiam intelligendam instrumentum esse dicebamus. Cicero Rhetoricam vocat Eloquentiæ partem libro 1. de Inventione: *Civilis rationis (sic πολικὴν vocat) magna & ampla pars est artificiosa Eloquentia, quam Rhetoricam vocant. Nam neque cum iis sentimus, qui civilem scientiam eloquentiâ non putant indigere, & ab iis, qui eam putant omnem rhetoris vi, & artificio contineri, magnopere dissentimus. Quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, ut eam civilis scientia partem esse dicamus. Idem in Bruto: Qui eloquentia verò dat operam, dat prudentia; quâ ne maximis quidem in bellis equo animo carere quisquam potest.*

*§. 6. Viroque hoc instrumento utitur vir civilis Remp-
gubernans, quo civibus suis persuadeat honesta &
utilia: sed hoc discrimine, quòd per se utatur Oratoriâ,
per alios Poëticâ.*

Ipse enim in Curiâ persuadet, quid utile sit Reipubl. in foro item quid iustum. Ac licet nihil impediatur, quominus idem domi epos, vel drama condatur, non tamen in scenâ histrioniam exercet: contentus in Curiâ leges condere de poëtis & poëmatibus admittendis, si mores corrigant; rejiciendis, si eos corrumpant. Alterum enim nec viro Principi, vel in dignitate constituto fuerit decorum, quum auctoritatem ejus, quâ in regundâ opus Reipubl. non leviter infringat.

§. 7. Et si

§. 7. *Et si verò utraque Eloquentia hunc in usum est inventa; utraque tamen multi abutuntur ad damnum Reip. Quot enim Oratores nihil aliud fuere, quam seditionum flabella!*

Imò pauci admodum Oratores fuere viri boni; quã de re factis diximus lib. de Constit. Rhet. cap. 1.

§. 8. *Et quis ignorat, quã poetarum multi versibus obscenis corrumpant mores bonos.*

Quæ caussa est, cur & Plato Poëtas è suã ejiciat Republicã.

§. 9. *Nec mirum, si sic utrãque facultate abutantur: cum ea sit facultatum natura, ut persuadere etiam possint contraria.*

Quemadmodum Alexander Aphrodisiensis docet præfat. in 1. Top. Aristotelis.

§. 10. *Quemadmodum igitur robur & opes, res nobilissimas, non eo damnamus, quod magnam partem iis abuti homines soleant; ita nec ob abusum istum respicienda est utraque facultas, sed judicium de eã ferendum, ex fine eo, propter quem utraque inventa.*

Is verò est docere recta & utilia: quemadmodum diximus. Atque eò spectarunt, qui definire Oratorem, virum bonum, dicendi peritum. Aristoteles quoque in Poëta eò attendit, cum in libro de re Poëtica definiret tragœdiam imitationem actionis illustis, quæ per misericordiam & metum perturbationes purgaret.

§. 11. *Interim agnoscimus, & alterum esse tum Oratoris, tum Poëta finem; puta delectationem. Sed, quem antea dicebamus, primarius est finis; hic secundarius: quia delectare & Orator & Poëta student.*

ut sic salubria dicta in animos facilius descendant; qua multi alioquin, ut austera nimis, sapius respuerent.

Neque non vidisse hæc Platonem putandum, cum idem sic laudet Poëtas in Symposio. Quare cùm libris de Repub. eos damnat, de sua eum Repub. quæ nec est, nec erit, loqui existimandum. Præterea præcipue Homerum culpatur, qui magna operum suorum parte Deos suos fingit tanquam suos. Utrunque enim intelligentiores sciunt sub ἀδηνόειαις occultari mysteria naturæ, nesciunt tamen id animæ vulgares, quæ propterea foedas & noxias de natura divina concipiunt opiniones. Atque hoc etiam Dionysii Halicarnassei in Romanis antiquitatibus de Græcorum fabulis, quibus Romanam præfert Theologiam, iudicium fuit. Atque hæc nunc sufficiant de utriusque Eloquentiæ natura ac constitutione. Scio, tam pauca esse, ut vix mereantur gustûs nomen: sed enim quod de Oratoriâ deest: id, ut arbitror, explere poterit liber de Naturâ ac constitutione Rhetoricæ, & quæ addidimus de temporibus antiquorum Rhetorum & Oratorum. Ac similiter librum seorsim scripsimus de Naturâ & constitutione facultatis Poëticæ. Item duos de temporibus Poëtarum Græcorum & Latinorum. De amplis Oratoriarum institutionum commentariis quæ ante annos XL. primùm prodierunt, nunc non est sermo nobis. Uti neque de tribus Artis Poëticæ exinde quoque editis. Aliud enim est agere de Naturâ & constitutione Artis; aliud Artem ipsam tradere. De priori igitur opera hunc solum loquor, quæ ad Oratoriam, vel Poëticam ipsam non aliter se habet, quam ὁμοίως in arte Musica, vel promulgis ad cœnam rectam.

CAPUT XXI.

DE CRITICE.

S. I. *Etiam Critice partus est Philosophia, sed non solum, verum etiam Philologia, atque aded omnium disciplin-*

ciplinarum. Nam judicio utimur, ubicunque à Poëta, aliove scriptore peccatur, sive in verba, sive historiam aut fabulam, sive rerum naturam, sive prudentiam vel artem spectet.

Atqui, ut ait Aristoteles, lib. I. Nicom. cap. III. Έκαστὸν κρινει καλῶς, ἃ γινώσκει καὶ τέτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. Eoque, qui de omnibus velit judicare, (omnia autem vel tractat, vel tangit poëta) eum omnium habere notitiam necesse est. Minimè verò audiendi sunt, qui Criticen propterea putant dominam esse ac reginam omnium scientiarum. Alii aliis plura scimus, nemo omnia: eoque non audiendi, qui hanc laudem tribuunt, tum Poëtis tum eorum interpretibus, Grammaticis, vel Criticis. Si quis omniscius est, is Philosophus est: est enim Philosophia rerum divinarum humanarumque scientia, quantum homo naturæ lumine consequi potest. Quod si philosophiæ nomine laxiùs utimur, ut salutarem doctrinam comprehendat, quæ vera est, & sacra philosophia, jam nulla res fuerit, quin ejus notitia ad Philosophum pertineat. Nec inficior, eundem antiquis temporibus fuisse & Philosophum & Poëtam; at non propterea idem est, esse Poëtam ac Philosophum. nam unus idemque sapientiam ac prudentiam habuit, ut Philosophus: quatenus autem Poëta, fabulæ involucrum habuit, & metrum, ac spiritum poëticum, quo animat dictionem. Magna quidem sunt, nec cuivis concessa, quæ Poëta habet à se ipso: at non propterea omnia habet à se ipso: quod tam temere adscribunt Poëticæ, quàm Criticæ temerè tribuunt rerum omnium politiam.

§. 2. *Finis Critices est veram cognoscere veterum mentem. Quod non fit, si vel tituli falsum ementiantur auctorem, vel malâ manu quadam fuerint inserta, vel immutata.*

Cujusmodi libris si fidamus, aliter esse nequit, quin errorem pro veritate amplectamur, Ixionis similes, qui nubem amplexus pro Junone.

§. 3. *Cri-*

§. 3. *Critices officium in duobus consistit. Prius est in spuris scriptis aut versibus dignoscendis à genuinis.*

De hoc & cæteris Critici officii egregia multa Diomedes Scholasticus in grammaticam Dionysii Thracis, quem consule.

§. 4. *Alterum Critice smunus est emendare ea, qualibrarii & longa ætas corruperunt.*

Siquidem dum librorum alii ex aliis, & ex his iterum alii atque alii exscribuntur, fieri aliter vix potuit, quin in illâ libreriorum inscitâ atque audaciâ, magis magisque corrumpentur veteres scriptores: imò in tantum quidem, ut multi si reviviscent, vix sese sint agnitori.

Tantum a vi longinqua valet mutare vetustas.

§. 5. *Ex eo quod de fine officioque Critici diximus, videmus non injuriâ studium hoc magno semper in pretio fuisse apud Græcos pariter & Romanos.*

Inter Græcos præcipua est Aristarchi gloria, de quo nota non persequar. Cognitum etiam, quid de Ennii libro emendato à Lampadione referat Agellius. Audiamus quoque B. Hieronymum: *Habeant, qui volent, veteres libros, vel in membranis purpureis auro argenteoque descriptos, vel uncialibus, ut vulgo ajunt, literis, onera magis exarata, quam codices: dummodo mihi meisque permittant, pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices, quam emendatos.* Caffidori quoque sunt, ex Senatore Abbatis Ravennatis: *Istud genus emendationis, ut arbitror, valde pulcherrimum est, & doctissimorum hominum negotium gloriosum.*

§. 6. *Neque hoc studium solum utile est in emendandis Poëtis, Oratoribus, Historicis, aut Philosophis, sed etiam Medicis, Jurisconsultis, & Theologis antiquis.*

Ex medicis sic inter alia Galenus, *Βεγχείαιος τὴν πλὴν, ἢ ἀποδοτικὴν, ἢ παρὰ λέξιν ἀγαλῆος τῆς διορίσεως, ἀγαθῶν ἐξηγητῶν ἔστιν ἔργον.* Bonorum interpretum est, brevibus quibusdam additionibus vel immutationibus solvere dubia obscuraque. Et crebrò sanè in eos, qui

qui κρείσσιν hanc dispretui habent, invehitur. De Jurisconsultis argumento est, quod contentione inter Bartolum & Baldum ortâ, conventum sit ut Pisis consulerentur Pandectæ, illæ quæ nunc Florentiæ adservantur. De sacris fidem fecerit B. Irenæus, qui libris *Ἐπιόγδοσὶ*, Eusebio & Hieronymo testibus, hanc obtestationem conjecit : *Ὁρκίζω σέ τόν μετὰ γραψάμηνον τὸ βιβλίον τῆσο, καὶ τὴν κλεινὴν ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ τὴν ἐνδόξην πατριάρχας αὐτῆς, ἧς ἔρχεται εἶναι ζώντες καὶ νεκρὸς, ἵνα ἀντιβάλλῃς ὁ μετὰ γραψάμηνον, καὶ καταρρώσης πρὸς τὸ ἀντιγραφὸν τῆσο, ὅθεν μετεγράψω ἰπιμελεῶς. καὶ τὸν ὄρκον τῆσιν ὁμοίως μετὰ γραψάμηνον, καὶ θήσης ἐν τῷ ἀντιγραφῷ.* *Adjuro te, quisquis librum hunc descripturus es per Dominum nostrum Iesum Christum, & gloriosum illius adventum, quo venturus est ad judicandum vivos, & mortuos, ut quod descripsisti, conferas, & ad exemplum hoc, unde descripsisti, diligenter corrigas: adjurationemque hanc similitur describas, & descripto exemplo inseras.* Quale de hoc facto Irenæi iudicium fuerit Eusebii, hæc ejus verba ostendunt : *Ὡφελίμως πρὸς ἐκείνους λελέχθω, ὅφ' ἡμῶν τε ἰσχυροῦσθω, ὡς ἀν' ἐχοιμῶν ἀελσὸν ἀπαδοχῆτος ἰπιμελείας τῆς ἀρχαίας ἐκείνους καὶ ὄντως ἱερῆς ἀνδρας ὑποδειγμα. Usiliter ab illo dicta, & à nobis commemorata sunt, ut priscos illos, ac verè sacros viros, velut optimum quoddam studiofissima diligentia exemplum habeamus.*

§. 7. Magni igitur refert utrum libris utamur emendatis, an corruptis. Quod innumeris comprobari exemplis possit.

Tale illud in vitâ S. Antonii M. ab Athanasio scriptâ, & ab Euagrio presbytero versâ. Latine erat; *Afferbant cuncti piscium salsorum & tarichorum in na vi positorum hunc esse putorem.* ubi Surius & antiquæ edit. reponunt *piscium salsorum & caricarum.* atqui Græcè est *ταρίχων*, quod est *salsamentorum.* Quantum ab iis distant Caricæ, genus ficuum! Talia si enumerare parem; similibus illi sim qui referre volet (ut cum Catullo loquar)

*Quam magnus numerus Libysæ arena
Laserpiciferis jacet Cyrenis
Oraclum Iovis inter aestuos
Et Batti veteris sacrum sepulcrum.*

Y

Verè

Verè igitur Lipsius in Dispositione Notarum Codicis Mirandulani ad Tacitum: *Legitimi Critici, mihi crede, sol & sal sunt literarum. Neque mel' idæo insuave, quia ægris sic videtur; nec isti inutilis, quia vobis aliquot parum sanis. Sicut bonus architectus, & novas domos parat, & veteres reparat, utrumque cum laude: simile literator. Literatori tribuit, quod nos sublimioris esse scientiæ statuimus. Interea literati hominis sive Philologi vel πολυμαθῆς hic maximas esse partes, penè extra controversiam ponimus.*

§. 8. *Cavendum interim in Crisi, ne vel putidos Pedagogos, vel etiam ventosos illos Criticos sectemur, quibus nihil jucundius quàm satyrico sale veteres pariter ac juniores defricare, ac dum nunc librariorum, nunc criticorum priorum errores ostendere volunt, potius ostendant suos.*

Quod nulli magis faciunt, quàm qui verborum foliis contenti, Philosophiam & principes facultates neglexerunt, atque interea (ne nihil ignoscere videantur) gaudent non pauca adspargere ex disciplinis quas penitus ignorant; ea magno cum apparatu postridie docentes, quæ pingui Minerva pridie didicerant.

C A P. XXII.

DE DIVINATIONE.

§. 1. *Hactenus de Philosophiâ, & ejus stolonibus. Superest doctrina inspirata, sive homini à naturâ incorporatâ revelata. Hujusmodi sunt Divinatio, & Theologia.*

Divinatio Græcis dicitur μαντεία vel μαντική: nempe, ut volunt à μανία, quia causa sit externa incorporeâque, ac ut gentes putarunt, divina; quo nomine etiam demones complectebantur. Itaque in definitionibus, quæ Platoni adscribuntur, μαντεία dicitur esse ἑπιστήμη πνευματικῆ πνεύματος ἀπὸ ὑποδείξεως.

Ætus. scientia presignificatrix rei alicujus absque ratione id demonstrante. Ubi ratio excluditur, quia divinatio naturalis, qualis est in Prognosticis, principia ac causas habet in natura, eoque ad scientiam naturalem pertinet. Non alia igitur Divinatio est hujus loci, quam quæ tota, vel ex parte captum humanæ mentis excedit.

§. 2. Divinatio vel planè est divina: ut illa, quæ à Deo inspiratur; cujus generis compluria in Scripturis exempla habemus: vel si non tota, ex parte saltem nititur commercio atque revelatione demonum: vel ut nullum appareat, cum malo spiritu commercium, tamen vana est ac superstitiosa, eoque Deo exosa. De verâ divinâque nunc non loquemur, sed solum de demoniacâ, vel saltem superstitiosâ. Estque hæc trium generum. Prima divinât ex naturalibus inanimis, ac maximè celo; ut ex Eclipsi. Vnde quàm fallax sumatur argumentum ex Pericle & Niciâ cognoscitur.

Nam cum multorum esse opinio ob Solis defectum esse iter differendum, Pericles eo contemto profectus infelicem habuit navigationem. Nicias verò cum propter Lunæ defectum pugnam distulisset, ea mora causa fuit miserabilis ac turpis cladis, qua ipse unâ cum exercitu est interfectus.

§. 3. Ad cælum refer quoque aëra. Quo pertinet divinatio ex fulmine ac tonitru.

E. G. si ad lævum tonuisset, aut impari numero, felix augurium erat: si sereno cælo tonuisset, aut si castra vel ædes sacræ tangerentur de cælo, infortunatum censebatur.

§. 4. Alterum divinationis genus erat ex animantibus. Ac primum ex avibus: quòd augures imprimis attendebant.

Imò, Servio teste, Augur dictus quasi Aviger; quòd attenderet quid avis gereret, hoc est faceret. Trifariam verò ex avibus signa colligebant: ex cantu oscinum, quæ sic dictæ, quia ore canerent: ex volatu præpetum, quæ ita vocatæ, quia anteriora semper petant: ex pullorem tripudio, quod ita nominarunt quasi terrapavium, quia quod cibi ex ore pulli decidisset, id terram paviret, hoc est, feriret. Vide Hottomannum lib. IV. Observat. Juris cap. XI.

§. 5. *Huc pertinet Ἀλεκτρυομαντεία, cum divinatio fit ex gallo gallinaceo.*

Alektromantias exemplum habemus apud Zonaram. Nar- rat, ut imperante Valente Cæsare Libanius Sophista & Jamblichus inquisierint, quis Valenti esset successurus in imperio. Viginti quatuor literas inscribere pulveri. Unicuique literæ superposuere tritici vel hordei granum. Hinc dimissus est gal- lus gallinaceus. Tum Libanius & Jamblichus carmina quæ- dam recitare, & attendere, quæ grana comederet gallus. Pri- mum comedit ex Θ, tum ex Ε, inde ex Ο, hinc ex Δ. Itaque collectum inde regnaturum, cujus nomen inciperet ab ΘΕΟΔ. Sed incertum remansit, utrum nomen foret Theodorus, an Theodorus, an Theodosius. Ubi ad Valentis hoc aures perve- nit, multos sustulit, quorum nomen ab his literis inciperet. Jamblichus, cum sibi à Valente formidaret, venenum hausit.

§. 6. *Proximus in animalibus erat locus quadrupedum, ex quibus erat aruspicum judicare.*

Aruspicinæ inventor Tages. Hinc Aruns apud Lucanum lib. I.

— Di visa secundens

Et febris sit nulla fides; sed conditor artis

Finxerat ista Tages —

Etiam divinatio fiebat, ex quadrupedum occurfu. Ita inar- spicatum erat, si lupo in castris, vel urbe conspiceretur, & incolumis evaderet. Item si in domum introiret ater alienus canis;

canis; quemadmodum apud Terentium est in Phormione. At felix erat indicium, si cerva lupum evaderet: item si lupus ad dextram prætercurrisset hianti ore. Etiam ex hinnitu equorum divinabant. Unde veteres Germani præfagia observabant; ut narrat Tacitus. Sed præcipuè huc pertinebat, siquid in animantibus contigisset præter naturæ ordinem, ut si bos locuta esset, aut si mula gemellos peperisset.

§. 7. *Tertium genus animantium ipsi homines: ex quorum occursum etiam divinabant.*

Ita infelix erat, si Æthiops occurreret, aut mulier inter ambulandum rotans fusos.

§. 8. *Item ex dicto, factove.*

Ita infortunatum censebant, si in convivio incendium nominaretur. Item si subitum esset in convivio silentium; aut si, bibente aliquo, mensa tolleretur. Felix contra, si casu aliquid vini effusum esset in vestes.

§. 9. *Adhac ex sternutatione, auris tinnitu, & membri alicujus palpitatione. Quæ tres sunt partes artis κληδονιστικῆς.*

Prima versatur circa *ἄσπυρον* sive sternutationem. Catullus de Acme:

— Amor sinistra, ut ante,
Dextrâ sternuit approbatione.

Propertius lib. II. eleg. III:

Avidus argutum sternuit omen Amor.

Similiter Theocritus in Thalyssiis, & Helenes epithalamio: imò & Homerus Odyss. XIV. ubi Eustathium vide: ut & in VII. Iliad. De tinnitu auris est apud Plinium. Item in veteri epigrammate:

*Garrula quid totis resonas mihi noctibus, auris?
Nescio quem dicis nunc meminisse mei.*

Tertium est *παλμὸς*, sive salissatio. De quâ Theocritus:

Υ 3

Α' λ' ε' ζ'

Ἄρα εἴ οὐθαλμός μιν ὁ δεξιός. ἀεὶ γ' ἰδίῳ
 αὐτῶν.

Plautus Pseud. act. 1. sc. 1:

*Spero, alicunde hodie me bonâ operâ, aut hac meâ,
 Tibi inventurum esse auxilium argentarium.
 Atque id futurum unde unde dicam, nescio;
 Nisi quia futurum est; is a supercilium salis.*

Isidorus Originum lib. VIII. cap. IX. *Salifatores vocati sunt, quia dum eis membrorum quacunque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu iriste predicunt.* Ac eâdem mente describit Joannes Saresberiensis Policratici lib. I. cap. XII. Qui & sic nominat lib. II. cap. XXVII. Cœlius Rhodiginus lib. VII. cap. XXI. vocat saliatores. Ac similiter Ludovices Vives. Muretus lib. IX. Var. Lect. cap. VI. ex Augustino de Natura Dæmonum *salitates* pro eo *salitores* citat. Sed etiam in Glossis Philoxeni est, *Salissatio*, πωλμός. Inque tribus Isidori codd. nostris Mssis constanter est *salifatores*, veteri edit. Ven. clō cccc LXXXIII.

Ex Suida discimus, Posidonium scripsisse Παλμικά, quibus exponebat, quid subitus membri cujusque motus indicaret: Imò hodièque exstat Melampodis Hierogrammatei, Περὶ πωλμῶν μαντικῆ, πρὸς Πτολεμαῖον μαντικῆ.

§. 10. *Sed imprimis ex somniis divinabant. De quo Onirocritice.*

Ὀνειροκριτικά ante Artemidorum scripserat Apollonius ὁ Ἀττικὸς, Artemidoro memoratus lib. I. cap. XXXIV. & lib. II. cap. XXVII. Multos qui de Divinatione scripsere Tertullianus commemorat lib. de Anima, cap. XLVI. *Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, Dionysius Rhodius, Hermippus, tota seculi literatura.* Præcipui verò Epicharmus & Philochorus: unde mox subdit: *Ceterum Epicharmus etiam summum apicem inter divinationes somniis extulit cum Philochoro Atheniensi.* Hermippum Berytensem quinque de Somniis libros scripsisse, ibidem legas. De Somniorum denique interpretatione scripsit etiam Fulgentius, de quo nos de Historicis Græcis lib. III. pag. 413. in *Serapio.*

§. 11. *Ex*

§. 11. *Ex iis quæ temerè eveniunt : quo refer Sortes, unde Sortilegi.*

Inter sortes laudatæ præcipuè Prænestinæ.

§. 12. *Tertium μαντικῆ; genus est ex rebus artificialibus. Huc pertinet λεκανομαντεία, divinatio è pelvi; κροκινομαντεία, è cribro; ἀξινομαντεία, è securi vel dolabra; γαστρομαντεία, è phialis, καταπρομαντικῆ, quæ ἔκ κρυφαδομαντικῆ è speculis; δακτυλομαντεία ex artibus, κλειδομαντεία è clavibus; ἀλωρομαντεία, è farinâ.*

Quæ & ἀλφισμαντεία. Perperam enim doctissimus Politianus in Panepistemone pro diversis habet, cum ἀλωροι & ἀλφιστοι idem fignent. Sunt verò & alia μαντικῆ; genera. sed tam vanis insistere piget. Quare, cui tanti ista, adeat potiùs Cameraarium, Peucerum, Ragusejum; qui eruditè de Divinatione scripserunt. Refutat eandem Jo. Saresberiensis lib. 1. & 11. Politicratici. Habes & de divinatione judicium Camilli Franchini epistola ad Erastum centuria epistolarum edita à Goldasto *. * p. 268. Sed longum sit omnes persequi.

C A P. XXIII.

D E T H E O L O G I A.

§. 1. *De Divinatione satis. Restat sapientia divina: qua dicitur Theologia. Hoc nomine nunc intelligitur non illa naturalis, qua pars est Philosophiæ, ac è lumine est naturalis, ἔκ ratione humanâ; sed rerum divinarum sapientia, ex principiis divinitus inditis Spiritus S. lumine procedens in rerum divinarum cognitione.*

Unde ejus cognitio nunc ab ortu, *supernaturalis*; nunc à diviniæ communicationis modo, *inspirata* aut *revelata* dicitur. Hac *una* enim excepta, omnis doctrina lumine naturæ cognoscitur, unde

unde gentium æquæ est, ac fidelium. Quæ caussa est, cur dicantur ἢ ἐξωθεν ἤπισήμαι, vel etiam ἢ δύεσθεν. Ut apud Nicetam Paphlagonem in vita B. Ignatii Patriarchæ, ubi Photius Patriarcha peritissimus fuisse dicitur χαμμαλικῆς καὶ ποιητρῆος, ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς, καὶ πάσης, ὁλίγου δὲν, ἤπισήμης ἢ δύεσθεν. *literatura & Poësis, Rhetorices & Philosophiæ, quin & Medicinæ & propè omnis disciplina externa,*

§. 2. *Quemadmodum autem à literis & Atathesi ad Philosophiam, ita à Philosophiâ ad veram sapientiam quasi gradibus quibusdam pervenitur.*

Unde Philo, libro περὶ τῶν εἰς τὰ προπαιδευμάτων συνόδων verè ait: Ὡς περὶ ἐγκύκλιαν συμβάλλει ἡ πρὸς φιλοσοφίας ἀνάληψιν ἔτω καὶ φιλοσοφία πρὸς σοφίας κλήσιν. ἔστι γὰρ φιλοσοφία ἡπιπρόθεστος σοφίας. Σοφία ἡ ἡπισημή δείων καὶ ἀνθρωπίνων, καὶ ἢ τῶν αἰτίων. *Sicuti liberales artes conferunt ad querendam philosophiam, ita philosophia ad querendam sapientiam.* Est enim philosophia meditatio sapientia: sapientia verò est scientia rerum divinarum atque humanarum, una cum causis earum. Ubi trium istorum, ἐγκυκλίων, φιλοσοφίας, καὶ σοφίας usum videmus. Eadem conjungit Clemens Alex. lib. 1. Στρωμ. Καὶ σὺ τῷ θεολογῷ ὑπεροχυρώσεως τὴν σοφίαν ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ πολυτελείας ὀρθῆς, ἀνεπίβαστον ποῖς σοφιστικῆς τηρήσῃς. *Et tu si sapientiam septo Philosophia & varia eruditionis munieris, à Sophisticâ inaccessam servabis.* Cur autem πολυμάθειαν & φιλοσοφίαν septum Sapientia sive cælestis doctrinae vocent, ostendit ibidem his verbis: αὐτοτελής μὲν ἔν καὶ ἀπροσδεχῆς ἡ καὶ τὸν σωτήρα διδασκαλία, δυνάμει οὐσε καὶ σοφία τοῦ θεοῦ. πρὸς τὴν καὶ φιλοσοφία ἡ ἐκκλησιαστικὴ, ἡ δυνάτω ἔργον ποιεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἀδύνατον παρέχουσα τὴν κατ' αὐτῆς σοφιστικὴν ἡπιχείρησιν, καὶ ἀκαρπομένη. Ἔς δολερεῖς καὶ τῆς ἀληθείας ἡπιβλάσας, φεγγυμὸς οἰκείου ἔργου καὶ θεολογίας εἶναι τῶ ἀμπελων. *Et si ipsa sibi sufficit, nec opis aliena eget doctrina servatoris, cum sit potentia & sapientia ipsius Dei: tamen Græcica Philosophia si accessit, non quidem validiorem facit veritatem, sed Sophisticos insutrus ab eâ amolitur, & insidias omnes avertens sepes & lorica est Dominica vinea.*

§. 3. *Nes*

§. 4. *Nec propterea studium hoc postremo discendum, sed omni huic vitâ vacandum: elementa verò etiam ex omni liberalium artium ac Philosophiæ studio pramitti debent.*

Ita B. Martyr Leonidas Origenem filium suum (ut est apud Eusebium Histor. Eccl. lib. vi. cap. v.) *περὶ τῆς Ἑλληνικῶν μαθημάτων μελέτης, ἐνήγε τοῖς ἱερῶν ἐνασχολῶν παιδῶμασιν, ἐκμαθήσας καὶ ἀπαγγελίας ἡμέρας ἐκάσθη αὐτὸν εἰσαγγεῖσθαι.* Sententiam sic expressit Chrystophorus: *Ante liberalium artium & politoris doctrina studium, eum sacris literis insituum, exercendumque tradidit: ac sententias aliquot, quas ei cum ad verbum ediscendas, tum memoriter eorum ipso recitandas præscripserat, ab illo in dies singulos exegit.*

§. 5. *Hæc Sapientia verè sacra continetur verbo & Oraculis Dei, ac rationi humana adversatur, quoties in naturalibus iudicium ferre vult de iis, quæ lumine nature cognosci non possunt.*

Unde Saram videmus ridere, quod Abraham credidit. Nempe in Sarâ est typus rationis humanæ: in Abrahamo autem Symbolum est victoriæ, quam fides reportat.

§. 6. *Theologiæ hujus objectum est religio Christiana, uti religionis nostræ Deus & Christus.*

Cum enim Theologia nostra non speculativa sit, uti fortasse naturalis; sed activa: non primò, & ἀπέως versatur circa Deum, sed circa officium nostrum in quò religio consistit. Officii verò ac religionis objectum est Deus & Christus: Deus per se, & primariò; Christus subordinatè, quatenus est Mediator inter Deum & homines constitutus.

§. 7. *Fundamentum est historia sacra, quæ nos preparat ad fidem, atque eandem stabilit & firmat.*

Nempe, uti Historia est triplex, naturalis, civilis, & divina: quarum quæque ad scientiam struit viam: ita triplex etiam est scientia, una naturæ, altera prudentiæ, tertia pietatis. Atque

in his tribus perfecta hominis sapientia consistit. Sed tertia illa, ut aiebam, divinæ est revelationis: de quâ iccirco postremo agimus: priores duæ sunt rationis humanæ opus, & philosophiæ nomine continentur.

§. 8. Partes religionis, ac proinde etiam Theologiæ nostræ sunt duæ: una de fide erga Deum & Christum, altera de cultu Dei & Christi.

Quod ita esse facile patebit, si quis summa religionis capitâ cursim consideret: Nam quæ de Deo credimus, ea respiciunt naturam, actiones, & voluntatem. In *natura* spectamus tum essentiam simplicem, infinitam, omnipotentem, & cæt. tum distinctionem illam, Patris, Filii, & Spiritus S. *Actiones* Dei sunt creatio, & quæ exercet in creaturas, vel per creaturas. *Voluntas* consideratur, tum quatenus universaliter respicit creata omnia; tum prout communiter exposita est generi humano; tum quâ singulariter docetur in Ecclesiâ. In Christo spectantur persona & officium. In personâ concurrunt natura divina, humanâque, unitas personæ, & communiô proprietatum. In officio attenditur humiliatio, quâ mortuus est, & glorificatio, quâ est efficax. Hæc de priori parte. *Cultus* & observantiæ norma est lex divina, cujus summa est decalogus. Pœna negligentiae, est mors æterna: præmium cultus, vita æterna. Ad quam confequendam mihi & tibi, quisquis ista legis, gratiam à Deo & Christo exopto; meque pariter tuis precibus commendo.

F. I. N. I. S.

I N D E X

RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM

Quæ in Libro de Philosophia occurrunt.

A.

A Boals Abinſceni, vulgo Avicenna, medicus Arabs: sub quibus claruerit, ubi & quo parente natus. 109, 110. huic debemus cocturam Sacchari, &c. 110. hujus scripta, &c.	ibid.
Accipitraria venatio circa qua tempora caperis inter Romanos, 57. de hac scripsit Demetrius Conſtantinopolitanus.	ibid.
Acron Agrigenſinus medicus. 84. quando floruerit.	ibid.
Æſtuarius, Ioannis Zacharia filius, Medicus Græcus.	106
Admirationis deſinitio.	7
Adoleſcentes ob affectus vehementes vix poſſunt eſſe idonei auditores Philoſophia Moralis.	18
Adrianus Metius Alcmarianus ſcripſit de Arte nauicæ.	122
Ædiſicationis origo.	120
Ædiſcium luteum primis inuenit Doxius, Cæli filius.	120
Aëcius Amidenus medicus, quando flozuerit. 102. Galenum in compendium contraxit.	ibid.
Æſculapius Chironis Theſſali diſcipulus.	81
Agapius Alexandrinus Græcus Medicus.	106
Agricultura Græci γεωργία. 45. ejus antiquitas. 45, 46. in Italia, à Saturno; in Græcia, à Cerere; in Ægypto, ab Oſiride cæpit. 46. Omnium artium nutritrix & mater. 50. neceſſaria ac utilis. 49, 50. honeſta & jucunda. 51. agricultura quatuor partes. 52. de hac qui ſcripſerint. 52, 53.	
Alchymia non eſt pars Chryſopæias. 123. Alchymia ſinis eſt ſanctas. ibid. Reliqua vide in Chemia.	
Alcmaon Crotoniata primus Phyſica ſcripſit.	25
Ἀλεξτρομαλία.	176
Alexander Trallianus medicus Dioſcori medici filius. 104. quid ſcripſerit, & quando floruerit.	ibid.
Amelius Plotini Ægyptii diſcipulus.	143, 144
	Ana-

I N D E X.

<i>Anaglypha, & Anaglypharius.</i>	140.
<i>Anazarba Cilicia civitas, quæ postea dicta Casarea Augusta.</i>	91
<i>Andromachus senior Cretensis, Neronis medicus. 95. ab hoc Theophrasta Andromachi.</i>	ibid.
<i>Apollinem Medicina inventorem cur dixerint Poëta.</i>	80.
<i>Apollodorus Citiæus, medicus.</i>	107
<i>Apollodorus Tarentinus, medicus.</i>	107
<i>Apollonius Herophileus, medicus Græcus, scripsit περί μύρων, & διέταξε Φάρμακα.</i>	106.
<i>Apollonius ὁ δὲ τῶν Στρατῶν, medicus.</i>	107
<i>Apollonius ὁ Κιτιῶς, medicus. 107. quid scripserit.</i>	ibid.
<i>Apollonius περί Βοτάνων.</i>	107
<i>Apollonius Pergamenus medicus; hujus scripta.</i>	107
<i>Apollonius Pitaneus medicus.</i>	107
<i>Archigenes Apamensis Syrus, medicus. 97. quando floruerit, & quid scripserit.</i>	ibid.
<i>Architecto qua scitu necessaria.</i>	121
<i>Areæus Cappadox, medicus. 96. quando floruerit.</i>	ibid. & 107
<i>Aristogenes Cnidius, medicus regis Antigoni Gonata.</i>	89
<i>Aristotelis Historia de Animalibus. 34. libri de Theologiâ; sive mysticâ philosophiâ secundum Aegyptios. 142. accuratius de Deo scripsit, quam Plato.</i>	143
<i>Ars effodiendi metalla, sive μετὰ βεργική. 123. hujus origo.</i>	ibid.
<i>Ars militaris, sive πολεμική. 118. in hac scientiâ Mathesios maximus usus.</i>	119
<i>Ars nautica. 121. in hac attendimus ναυπηγικὴν, & ἰσιθορικὴν, sive velificatoriam. ibid. hanc artem quis primus invenerit. 122. Astrologia τῶν ἀστρολογῶν est. ibid. bisariam hæc ars intelligitur, quatenus est speculativa, vel practica. ibid. hujus artis usus.</i>	123
<i>Artes liberales vulgò septem.</i>	45
<i>Asorius Musa, medicus. 94. cum Augustum morbo angipiti liberasset, statuam juxta Æsculapium promeruit.</i>	ibid.
<i>Asclepiades Diotimi filius, Myrleâ Bithyniæ urbe oriundus, quando claruerit. 502. Hic, rejectâ Hippocraticâ medendi ratione, (eam mortis meditationem vocans) novam sectam condidit.</i>	ibid.
<i>Ἀσκληπιῶν nomen unde videatur arcessendum.</i>	80
<i>Astrologia an medico sit necessaria.</i>	63.

Asbo;

I N D E X.

- Athotbis*, secundus rex prima dynastia Thinitarum apud Ægyptios medicus fuit
80. reliquit libros de Anatomia. ibid.
- Augur*, quasi *Aviger*. 176
- Averroes Cordubensis*, quando claruerit. 114. cognomento *Commentator*.
ibid. fuit medicus *Memarolini regis*. ibid.
- Apicenna*, vide *Aboali Abinsceni*.
- Autores quidam recensentur qui de Architectonica à commentarios reliquere*. 121

B.

- B** *Alcasif Benaberzerin*, medicus Arabs: quando claruerit, & quid scripserit. 114

C.

- C** *Ælatura difficilior est quam sculptura*. 141
- Calus Aurelianus Siccensis*, medicus; quando floruerit & quid scripserit. 98
- Cardanus C. Plinius Secundum tantum habuit pro Grammatico*. 97. hoc non tam *Pliniano*, quam suo detraxit nomini. 97
- Cassius medicus sub Tiberio claruit*. 94
- Castametatio*, quid: 119
- Cavitarius*, Κεῖδαλα. 140
- Cecrops primus urbem condidit*: 120
- Ceres*, quasi *Geres*, *Tellus*, sive *vis Telluris*, qua fruges producit. 48
- Chemia*, unde dicta. 67. hujus maxima utilitas. ibid. à quibus ad nos transferit. 68. hujus partes sunt dua. 72
- Chirromantia*. 41. de hac quæ scripserint. ibid. est vanum quoddam ac superstitiosum divinandi genus. ibid.
- Chiron Thessalus*, *Achillis præceptor*, *Panacea inventor*. 80
- Chirurgice unde sic dicta*. 76. de hac qui scripserint. 77
- Chirurgi operatio quintuplex*. 76
- Chrysippus medicus quando floruerit*. 87
- Chrysopeia*. 123. hanc quidam male partem faciunt *Alchymia*. ibid. hujus finis. 124
- Constantinus Africanus*. 117. de hujus ætate, scriptis, vitâ. 117: 118.
- Cornelius Celsus medicus*. 94. Latini *Hippocratis nomen est consecutus*. ibid.
- Cosmetice ad Medicinam asiam pertinet*. 74. non debet reprehendi, si quis bene utatur. ibid.

I N D E X.

- Craterus medicus, quando claruerit.* 91
Crisice. 170. *hujus finis.* 171. *officium & munus.* 172. *hoc studium in magno pretio fuit apud Græcos & Romanos.* 172. *hujus utilitas.* *ibid.*
quid in Crisicavendum. 174
Crito medicus, Acronis Agrigentini discipulus. 86. *hujus scripta.* 87
Ctesias Cnidius Artaxerxis medicus. 87
Cynici Physicæ aversabantur. 25

D.

- D**emetrius Pepagomenus, medicus Imperatoris Michaëlis Palæologi. 106.
hujus jussu scripsit librum de Podagra. *ibid.*
Democedes Crotoniata Calliphontis filius. 82
Democritus Abderita quadam in medicinâ scripsit. 83. *quando natus.* *ibid.*
Dexippus Cous, medicus, Hippocratis discipulus. 86
Dioscorides (Pedacius) Anazarbeus, quando floruerit. 91. *hujus scripta.* *ibid.*
Dioscorides Φασῆς. 92
Divinatio Græcis μαυλεῖα. 174. *est vel divina, vel demoniaca.* 175. *demoniaca est trium generum.* *ibid.* *primum genus.* *ibid.* *secundum.* *ibid.*
tertium. 179
Doctrina de animalibus utilis studio eloquentia. 33. *commendatur quod Salomon ipse scripserit de quadrupedibus, &c.* *ibid.*
Draco Hippocratis Coi filius. 86. *medicus præstantissimus.* *ibid.*

E.

- E**loquentia Philosophia proles. 166. *hanc veteres cum Philosophiâ conjungere solent.* 166. *duplex est, Oratoria & Poëtica.* 167. *harum finis.* 169
Empedocles Agrigentinus in medicina etiam scripsit. 84
Erasistratus Iuliatæ sub quo claruerit. 88
Ethices finis. 145. *subjectum.* *ibid.* *Objectum.* 146. *utilitas.* 149. *est vel ἠθικὴ, vel ἠθικὴ, vel ἠθικὴ, vel ἠθικὴ.* 146. *Ethices præstantia.* 149. *est pars legis moralis.* 149
Euax, rex Arabum, medicus, de simplicium effectibus ad Neronem scripsit. 96
Eudoxus Cnidius Philistionis medici discipulus. 87
Euphorbus, Iuba regis Mauritanæ medicus. 94

G.

- G**alenus quando vixerit. 99, 116
Geber Arabs, medicus. 117. *de hujus scriptis.* *ibid.*
Geber Hispanus, 117
Her-

F N D E X.

H.

H Etmogenes medicus Hadriani Caesaris.	98
Hero Iunior de machinis bellicis scripsit.	162
Herodicus medicus sub quo claruerit.	85
Herophilus Chalcedonius in arte medicâ præcellens. 82. huic facinorosi à regibus missi, quos vivos dissectit.	83
Hippocrates Cous medicus præstantissimus. 85. Herodici discipulus. ibid. de hujus nativitate, parentibus & scriptis.	ibid. & 81.
Historia naturalis. 23: hujus præcipuus usus atque finis. ibid. est vel natura libera, vel impedita, vel factitia. 24. hac præstantior est scientia naturalis.	23
Historiam animalium qui scripserint. 34, 35. Plantarum qui.	37, 38
	I.
J Amblichus, quando claruerit.	143
Iatraliptice, unguentis corporis morbis medetur.	78
Ioannes de Mediolano medicus, quando claruerit. 105. hic nomine Collegii medici Scholæ Salernitana conscripsit librum, cui titulus Scholæ Salernitana.	ibid.
Ioannes Mesue Damascenus, medicus. 111. duos libros Arabicè reliquit. ibid. tanta exstitit venerationis, ut magna auctoritatis medici eum suam Euangelistam dicerent.	ibid.
Ioannes Serapionis filius, medicus Arabs, quando floruerit. 116. cur Serapion dicitur. ibid. de hujus scriptis.	ibid.
Ionicus Sardinianus, Zenonis discipulus.	102.
Ἰππιατρική, sive malo medicina. 78. de hac qui scripserint.	ibid.
Isaac Benimiram, Salomonis filius, medicus Arabs, quando floruerit. 114. hujus scripta. ibid. fuit medicus cubicularius Salomonis Arabia regis.	ibid.
Iuba rex Herbam invenit, quam medici sui nomine Euphorbiam appellavit.	94
Judicia vel publica sunt vel privata.	160.
Julianus Alexandrinus medicus sub Antoninis vixit. 99. scripsit contra Aphorismos Hippocratis, &c.	ibid.
Iulius Ausonius Vasatensis medicina causa in palatium arcessitus fuit à Valentiniario seniore. 103. pater Decii Magni Ausonii Burdigalensis poeta.	ibid.
Jurisconsulti magnis honoribus & titulis affecti ab Imperatoribus Romanis.	165
Jurisprudentia activa Philosophia proles est. 164. Juris studium valde necessarium est.	164
Jus natura, gentium & civile.	165.
	Lup.

L.

Lapidibus & metallis an vicia insit. 30

M.

- M**achaon & Polydorus filiiis. 81. bello Trojano occubuit. *ibid.*
 Magia triplex. 64. & 124.
 Magice, sive ars coquinaria, Medicina famula. 75. aliis Clinice dicitur.
ibid.
 Magnus Antiochenus quando claruerit. 102
 Manius Aclius Glabrio, devicto Syria rege Antiocho, primus Roma hoc honoris con-
 secutus fuit, ut ejus statua bractea ex auro induceretur. 132
 Marcellus Burdigalensis, quando floruerit. 103. vulgo Empiricus vocatur. 104
 Mechanica ars. 124. σοφίας nomen etiam huic arti tributum. 125
 Medici dividuntur apud veteres in Dogmaticos, Empiricos, & Methodicos. 62:
 apud recentiores in Astrologicos, Magos & Chymicos. *ibid.* Medici Astro-
 logici. 62, 63. Medici Magi triplices. 64
 Medicina inventa gloriam alii aliis tribuunt. 80
 Medicina famula, quæ. 74
 Medicina definitio. 59. finis. *ibid.* origo. 79. dividitur in γεννητικὴ καὶ
 θεραπευτικὴ. *ibid.* & hæc in alias partes. 60, 61
 Melampus Argivus medicus. 84. Præti Argivorum regis filias à furore liberavit. *ibid.*
 καλῶς τῆς nomen habuit. 85. genus Hellebori ab hoc Melampodium dictum.
ibid.
 Menecrates Syracusanus medicus, quando claruerit. 87. librum Pharmacorum reli-
 quit. *ibid.* hujus stulti filius. 88
 Menecrates Tiberii & Claudii Cesarum medicus. 95. secta Rationalis fuit.
ibid.
 Mentoreum opus. 134
 Michiæl PSELLUS quando claruerit. 104. hujus scripta: *ibid.*
 Mithridates Ponti & Bithynia rex. 89. doctè scripsit commentarios de arcanis mor-
 borum remediis. 90. hos victo Mithridate Pompejus Romam abstulit.
ibid. antidotum Mithridaticum ab eo sic nominatum. 90
 Mnesitheas medicus. 108
 Mo-

I N D E X.

Modestus de vocabulis rei militaris scripsit ad Tacitum Augustum.

162

N.

- N**atura liber longè utilissimus. 25
 Nicander Colophonius, Xenophanis filius, grammaticus, poëta, ac medicus. 89.
 hujus exstant Theriaca & Alexipharmaca. ibid.
 Nicias Pyrrhi regis medicus, quando claruerit. 89
 Nicolaus Myrseus, ex Græcorum medicorum medicis recentissimis. 108. Præ-
 positus dici solet. ibid. hujus scripta. ibid.

O.

- O**ctavius Horatianus sub Gratiano floruit. 103. reliquit libros 11.
 de Curat. morb. 1. de Egritudine, mulierum, unumque Ex-
 periment. 103. hosce libros nonnulli Theodoro Prisciano tri-
 buunt. ibid.
 Oeconomices partes dua. 154.
 Oeconomico qui libri legendi. 155
 Onecrotrice. 178. & 42. de hac qui scripserint. ibid. fundamentum hujus
 artis in quo positum. 43
 Oribasius Pergamensis, discipulus Zenonis Cyprii. 102. Iuliani necdam Im-
 peratoris medicus fuit. ibid. Iuliano defuncto à consecutis Impera-
 toribus omnibus bonis spoliatus, in hostilem eiectus est terram. ibid. re-
 vocatur & priores opes recipit. ibid.
 Ostris, Sol. 48. secundum Egyptios Nilus. ibid.

P.

- P**eon unde dictus. 80
 Palladius Sophista Græcè docuit Medicinam. 108. ex hujus voce ex-
 ceptus exstat commentarius in lib. 14. Hippocratis de morbis po-
 put. ibid.
 Paracelsus-Chemiam, diu sepultam quasi ab orco revocavit. 70. hujus vita de-
 scribitur. 70. 71

A 2

Pa-

I N D E X.

Pastio, sive res pecuaria. 54.	hujus antiquitas & honestas. 55.	est tri- plex.	ibid.
Paulus Aegineta medicus doctissimus. 108.	Galenum utili septem librorum compendio constrinxit.		ibid.
Pharmaceutice. 77.	hujus duo officia:		78
Philagrius Lycius, medicus Epirota, quando floruerit.			100
Philippus Acarnan, medicus, quando claruerit. 88.	Alexandrum magnum sa- lutari potione sanavit.		ibid.
Philistion Locrensis, medicus.			109
Philistio Siculus medicus.			87
Philosophia quasi jugale vinculum eorum, qua multijuga lectio peperit.	3. cur à Theologia separetur. 4. in hac non est consensescen- dum.		1, 2
Philosophia definitio. 4, 5, 6.	finis.		6, 7
Philosophia est nata ex admiratione.			7
Philosophie auditori que scitu necessaria.		8, 9. & seqq.	
in Philosophiâ distinguuntur hac tria, παιδεία, γυμνασία, & ἑπιστήμη.			12
Philosophia partes due, una Φυσική, altera πρᾶξις. 15:	harum Philo- sophiæ partium divinior præstantiorque Φυσική. 16. hæc antiquior		17
Philosophia πρᾶξις, sive activa. 144.	unde nata hæc prudentia. ibid. vel vitam & mores cujusque instituit, unde ἡθική vocatur: vel de- monstrat prudentiam regendarum civitatum, & idcirco vocatur πο- λιτική.		145
Philostorgius medicus præstantissimus, quando floruerit. 101.	hujus filii Phi- lagrius & Posidonius itidem medici præstantes fuere.		ibid.
Philotheus Amphissensis medicus quando claruerit. 93.	hujus extant Commentarii Græci in Aphorismos Hippocratis, liberque de Uri- ni.		ibid.
Physice operativa. 44.	hujus finis.		ibid.
Physice particularis, sive philosophia θεωρητική.			21, 22
Physici præcipuè est exponere causam consecutionis, qua est à necessitate ma- teriz.			24
Physiognomia. 39.	est ars conjecturalis. 40. de hac arte qui scriptores ex- tent.		41
			Pictu-

I N D E X.

<i>Pictura & Statuaria finis & usus.</i>	115
<i>Plastice.</i>	140
<i>C. Plinius Secundus propter Historiam Naturalem inter Medicos recensendus. 96. ejus scripta. 97. aspera Medicinarum judicia non effugit.</i>	ibid.
<i>Plotinus Aegyptiis successor Platonis in Theologicâ scholâ.</i>	143
<i>Podalirius Aesculapii filius.</i>	81
<i>Pœsis tam latè patet, quàm Philosophia. 17. in quo à Philosophia differat.</i>	ibid.
<i>Politice quid doceat. 150. hujus mater historia civilis. ibid. dividitur in οἰκονομικῶν, & πολιτικῶν. 154. subjectum. 156. finis duplex, externus & internus. ibid. origo. 157. partes-duae. 158. harum prior dividitur in duas alias. 158, 159. ad partem Politices, quae est de administratione. pertinet πᾶσι θείαις καὶ ἀνθρώποις, sive cura religionis.</i>	161
<i>Politico duo Historiarum genera maximè conducunt, & quae. 150, 151, 152.</i>	86
<i>Polybus Hippocratis generi discipulus, & successor.</i>	143
<i>Porphyrus discipulus Plotini Aegyptii, quando claruerit.</i>	ibid.
<i>Praxagoras medicus 109. hujus scripta.</i>	143
<i>Proclus biennio absolvit Aristotelis philosophiam. 9. Philosophus Platonicus.</i>	82
<i>Pfellus, vide Michaël Pfellus.</i>	
<i>Pythagoras Medicina peritus. 81. quando floruerit.</i>	

R.

R <i>Abbi Moses, filius Maimon, vulgò Rambam, quando claruerit. 114: hujus scripta. 115. fuit medicus Regis Aegyptii. ibid. de hujus vitâ & studiis, &c.</i>	115, 116.
<i>Rhodiorum mos in ponendis statuis parum laudabilis.</i>	133
<i>Rhœcus Philai filius, & Theodorus Telectis, Samii, primi statuam ex aere fuderunt.</i>	127
<i>Rufus Ephesus Medicus quando floruerit. 97. hujus scripta.</i>	ibid.

I N D E X.

S.

S apientia ad Philosophiam Ἐπετηλικὴ pertinet, Prudentia ad ἄεθλικὴ refertur.	3, 4
Sapientia doctrina vel est inventa, ut Philosophia; vel inspirata, ut Theologia Christiana.	3
Saturnus unde dictus. 46. per hunc tempus designatur, vel latens natura <i>vis generativa</i> .	47
Scientia naturalis quatenus <i>speculativa</i> , vel <i>operativa</i> . 26. <i>Speculativa</i> partes septem. <i>ibid.</i> prima pars. <i>ibid.</i> hac dividitur in duas alias. <i>ibid.</i> Scientia <i>speculativa</i> pars altera. 27. tertia. 29. quarta. <i>ibid.</i> quinta. 30. hac <i>bimembris</i> . <i>ibid.</i> sexta pars de animalibus. 32. septima pars de Plantis. 37. de his nec scribere dubitavit sapientissimus Salomon.	ibid.
Scribonius Largus, medicus, sub Tiberio claruit.	94
Sculptura, calatura, ac plastice, ut differant.	140
Seleucus Cyzicenus medicus celebris. 97. Vespasiani aetate vixit.	ibid.
Serenus Sammonicus, medicus, quando floruerit. 100. à Caracalla in cena est interemptus.	ibid.
Sextus Africanus, praeter Chronologiam reliquit Κεσῶν libros, in quibus tractabat res medicas, physicas, rusticas, & chymicas.	100
Sextus, Empyrica secta medicus, quando claruerit, & quid scripserit.	99
Signa ut differant à flatibus.	135, 140
Soranus Cilix.	98
Soranus Ephesus, medicus. 98. Trajani Adriani aetate floruit.	ibid.
Soranus Ephesus junior, Ἰουλιανῶν libros reliquit.	98
Sortes: Sortilegi.	179
Statuaria utrum Picturâ sit praestantior.	126
Statuaria summa vetustas.	ibid.
Statuam ponere nulli sub Caesaribus licuit, nisi Principis consensu.	133
Statuas quis primus fabricaverit. 127. primi ex aere statuam fuderunt Rheucus Philas filius & Theodorus Teleclis. <i>ibid.</i> non tantum ex aere, sed etiam ex auro & argento fiebant. <i>ibid.</i> nec ex metallo semper, sed etiam electro, ebore, ligno, lapide. 128. harum antiquitas apud	

I N D E X.

apud Italos. 129. *primum posita sunt Diis.* *ibid.* *deinde viris fortibus ac bene meritis de Republ* *ibid.* *ut & Philosophis, Medicis, auctoribus Olympia, &c.* 130. *statuae equestres.* 131. *pedestres.* 132

Statuarii quidam veteres insignes recensentur. 134

Stephanus, Atheniensis philosophus, explanationes edidit in Galeni librum priorem Therapeuticum. 109

Στρατηγική sive *Imperatoria, posterior Politica pars qua est de Re militari, an rejicienda.* 161. *de hac qui scripserint.* 161, 162.

Stratocles Sidonius medicus. 97. *sub Vespasiano vixit.* *ibid.*

T.

T *Agas Aruspicina inventor.* 176

Tharach pater Abrahami dicitur fuisse statuarius. 126

Themison Laodicenus Syrius, auditor Asclepiadis Myrteani. 92. *hic cum preceptor novam condidisset sectam, multa in ea innovavit, tertiamque sectam fecit.* 93

Theodorus Priscianus, alius Octavianus Horatianus, quando floruerit. 100

Theologia gentium triplex. 142

Theologia naturalis, alia vera, alia falsa. 142

Theologia rerum divinarum sapientia. 179. *hujus objectum.* 181. *fundamentum.* *ibid.* *partes duae.* *ibid.*

Theomeden medicus, quando claruerit. 87

Theon Alexandrinus, medicus: quando floruerit. 96

Theophilus medicus Graecè de Corporis humani fabricâ scripsit. 109

Theophrastus quando claruerit. 88. *hujus scripta.* *ibid.* *moriens naturam accusavit, quod cervis & corvis vitam longavam dedisset, non item hominibus: ibid, reliqua vide in Paracelso.*

Thessalus Hippocratis Coi filius 86. *medicus magni nominis.* *ibid.*

Thessalus Trallianus medicus sub Nerone floruit. 95. *Themisonis sectam suam fecit.* *ibid.* *tanti fastus evasit, ut se iα^αρονικω monumento inscribi veller.* *ibid.*

Tosortibros, tertiae dynastiae qua Memphisitarum erat, apud Aegyptios, rex secundus. 80. *ob medicinae peritiam Aesculapius putatus.* *ibid.*

Trebonianus Iuriconsultus. 165, 166

Valens

I N D E X.

V.

V Alens medicus. 95. adulterio Messalina notior redditus.	ibid:
Venasio. 55. multum habet prudentia & fortitudinis militaris. 55, 56.	56
est vel terrestris, vel aëria, vel aquatica.	103
Vindicianus medicus sub Valentino floruit.	163
Vitruvius quando claruerit.	120
Vrbem primus Cecrops condidit.	

X.

X Enocrotus medicus. 109. hujus Gracè exstat liber de alimento ex aqua- tilibus.	ibid.
--	-------

Z.

Z Eno Cyprius, quando floruerit.	100
---	-----

